

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...**

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,  
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,  
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...  
exhibens

**Carpzov, Benedict**

**Wittebergae, 1670**

Quaestio XXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

## QUÆSTIO XXXVII.

De Diffidationibus & Minitationibus, Bevehdungen und Drauungen/  
earumque pœnis.

## S U M M A R I A.

1. Diffidationes hodiè prohibite sunt.
2. Quibus ex causis, n. 3.
4. Diffidatio scaturigo omnium malorum.
5. Num diffidatio sit species fracta pacis publicæ, n. 6. 7. 8.
9. Diffidatores in Bannum Imperiale incidunt.
10. Diffidatores ceu violatores pacis publicæ gladio puniuntur.
11. Quâ pœnâ etiam conatus diffidationis coërcentur.
12. Eademq; pœnâ tenentur etiam complices & receptatores.
13. Antequam ad pœnam deveniatur, probè indicandum est, num crimen diffidationis verè fuerit commissum.
14. Diffidationes & Minitationes differunt.
15. Diffidatio unde dicatur.
16. Definitio diffidationis, n. 17. 18.
19. Requisita diffidationis quænam sint, n. 20. 21.
22. Diffidatores quoq; sunt, qui signa hostilia & diffidatoria suspendunt, n. 23.
24. Qui incendium uni ex universitate minatur affix. signo inflammationis, diffidator est.
25. Observantia & Responsa Scabinorum Lipsensium.
26. Quænam pœna diffidationis, si damnum non fuerit datum, n. 27.
28. Sententia Scabinorum Lipsensium.
29. Diffidator morte puniatur, etiamsi non habuerit animum nocendi, aut minas exequendi, n. 30. 32.
31. Pro expresso habetur etiam id, quod in genere dicitur.
33. Identitas rationis idem jus facit.
34. Responsa Scabinorum Lipsensium.
35. Quatenus pœnitentia in crimine diffidationis excuset, n. 36. 38.
37. Quando pœnitentia liberet delinquentem à pœnâ ordinariâ, n. 39.
40. Pœnam quoq; diffidationis incurrit, qui literas diffidatorias alterius nomine emittit, n. 41. 42. 43.
44. Responsum Scabinorum Lipsensium.
45. Eadem pœnâ tenetur, qui literas diffidatorias ad mandatum alterius offert.
46. Mandatarius in delictis non excusatur.
47. Mandans & mandatarius sunt correlata.
49. In omnibus delictis animus & voluntas attenditur.
50. Mandatarius ignorantiam jurato obtinere debet.
51. Responsum Scabinorum Lipsensium.
52. Diffidatio conditionalis diffidatorem à pœnâ non liberat, n. 53. 54. 55.
56. Responsa Scabinorum Lipsensium.
57. Condicio suspendit actum.
58. Scriptor literarum diffidatarum quâ pœnâ teneatur, n. 59. 60. 61. 62.
63. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 64.
65. Quomodo differant diffidatio & minitatio.
66. Mina hæc (Einen rothen Han einem auff das Haus setzen/vel, das Dorff anstecken/ und in die Asche legen/ non faciunt diffidationem, n. 67.
68. Mina adversus certam aliquam personam prolata veluti, (die selbe zuerschiesen/oder eine Kugel zu schencken/ pro diffidatione non habentur, n. 60.
70. Minitationes non puniuntur morte, numer. 71. 72. 73.
74. In pœnalibus semper benignior interpretatio capienda est.
75. Observantia Scabinorum Lipsensium.
76. Minitatores morte puniuntur, quando post minas excedunt adibus suis, & ad loca suspecta se conferunt, n. 77.
78. Sententia Scabinorum Lipsensium.
79. Minitator propter emissas minas verbales cautionem debet prestare de non offendendo, n. 80.
81. Quidnam contineat hæc cautio, & qualis ea esse debeat.
82. Observantia Scabinorum Lipsensium.
83. Quænam cautio habeatur pro idoneâ, n. 84.
85. Minitatori cautio non injungenda est priusquam de minis confessus, aut ad minimum per duos testes convictus fuerit.
86. Verba equivoca in dubio pro minis non habentur, n. 87. 89.
88. Observantia & Responsum Scabinorum Lipsensium, n. 90.
91. Si minitator fidejussores vel pignora habere nequeat, an cautio juratoria admittenda sit, n. 92. 93. 94.
95. Observantia Scabinorum Lipsensium.
96. Quisnam minitatore in carceratum alere debeat.
97. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 98.

**I**nter varios modos, quibus pax publica violatur, haud incommodè referrî quoque possunt DIFFIDATIONES, quibus hostiles inimicitie denunciari solent. Quæ quondam certo modo licitæ erant, ut constat ex cap. 47. *Aur. Bull. Caroli I V. Imperatoris*: Postea verò simpliciter prohibita sunt ab Imp.

Maximiliano I. in Comitiiis Wormatiensibus Anno 1495. *sub rubr.* Der Königlische Landfried: darauff haben wir alle offene Behde durch das ganze Reich auffgehoben und abgethan; Heben auch die hiermit auff / unnd thun die ab von Römischer Königlischer Macht / und mit Krafft dieses Brieffes. Idque repetitum est in Comitiiis Augu-

Augustanis, Anno 1500. sub rubr. Erklärung des Landfriedens. In Comitibus Colonienfibus, Anno 1512. Item à Carolo V. Imperatore in Comitibus Wormatiensibus, Anno 1521. Atque in Comitibus Augustanis, Anno 1548. sub rubr. Königl. cher Römischer Maj. Landfriede.

2 Et rectè, bellicæ namque denunciationis speciem hæc diffidationes habent; Ad indicationem verò belli sine autoritate & mandato Summi Principis deveniri non debet, quia jus belli indicendi soli Imperatori competit, & Majestati ita inhære dicitur, ut nullâ ratione ab eâ divelli possit, l. 3. §. eadem. ff. ad Leg. Jul. majest. l. neminem. 17. C. de re militari. Arnold. Clapin. de arcan. rerum publ. lib. 1. cap. 20. Regn. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 2. num. 10. Iohan. Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 10. pag. 244. Henr. Bocer. de Regal. c. 2. nu. 141. & in tract. de bell. & duello lib. 1. cap. 5. n. 2. Anton. Coler. de Iur. Imp. Germ. sect. 28. Petr. Heig. lib. 1. quest. 18. n. 6. Pet. Syring. de pace Relig. concl. 14. Arnif. de Iur. Majest. lib. 2. cap. 5. n. 10.

3 In diffidationibus quoque sese exerunt causæ illæ, quæ bellum injustum reddunt, ut sunt: Nocendi cupiditas; Ulciscendi crudelitas; Implacabilis animus; & Feritas rebellandi. Si enim diffidator nocere vel ulcisci se non velit, cur non judicem adit? Si animo foret pacato, potius actionibus, quam armis experietur, l. extat. 13. ff. quod met. caus. Neque ad actum ipsum diffidator sine operâ aliorum potest pervenire, quorum frequenti coitione in prohibita conspirationis poenam incurrit, cap. 15. Aur. Bull. cap. un. §. conventicula de pac. tenend. Diffidationes igitur tanquam scaturigo omnium malorum, ut Zizania inter lilia eruenda, & morbus à radice curandus erat, Dom. Arum. in disc. 6. ad Aur. Bull. cap. 17. concl. 16. Buxdorff. ad dict. cap. 17. Aur. Bull. th. fin. Hieron. Schurff. conf. 100. num. fin. cent. 3. Guid. Papa decis. 191. n. 1. Modest. Pistor. consil. 39. quest. 2. n. 15. vol. 1. Ludov. Gilhaus. in arbor. jud. crim. c. 2. tit. 8. n. 3. Matth. Steph. ad art. 129. Ordin. Crim. Carolo V. Imper.

4 Quamvis autem haud improbabiler dubitari possit, An diffidationes pro ipsa fracta pace publica reputari debeant? eò quod Constitutio pacis publicæ vim armatam & violentam requirat, in verb. Mit gewaltiger That/und gewehrter Hand. Andr. Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 7. n. 2. Nicol. Reusn. lib. 4. decis. 17. n. 12. Petr. Frid. Mindan. de process. Camer. lib. 1. cap. 23. sect. 1. & 2. Quæ certè in diffidationibus non est, denn einen Behdesbrieff schreiben / schicken oder anhangen / ist ja nicht mit gewehrter / gewaltsamer Hand angreifen / rauben oder brennen. Et diffidator revera cogitat magis vim inferre, quam ut jam modò inferat: Unde sequitur, diffidationes potius pro minis habendas esse, quæ à crimine fractæ pacis publicæ longe differunt, & supplicio mortis aut Banni Imperialis nequaquam puniuntur, præsertim, cum & in ejusmodi diffidationibus dolus abesse videatur, quia diffidator ad apertum bellum provocat, & nihil callidè vel insidiosè machinatur. Ad fundandam autem jurisdictionem super fracta pace dolum malum requiri, aperte probant verba hæc Constitutionis pacis publicæ fürsehtlich / gefährlich und fre-

ventlich. Gail. dict. cap. 7. n. 3. Reusn. decis. 17. n. 13. Attamen dubium hoc tollit Constitutio de diffidatione, de Anno 1521. & 1555. §. Wir sehen / & sub tit. Die Poen aller Friedbrecher. Quæ haud obscure diffidatio pro crimine fractæ pacis habetur, ut ex contextu verborum patet. Manifestius autem hoc apparet ex Ordinatione Provinciali D. Georgii Ducis Saxonie de Anno 1526. sub tit. Muthwillige Bevehder / In verb. Und wir befinden / daß solch fürnehmen / durch Kaysertliche Majestät / und des heiligen Römischen Reichs Landfrieden / bey hoher Poen verbotten / und die Thäter als Friedbrecher zu straffen seyen: Et in verb. Es sol sich, in verb. mit solchen Bevehdern und Friedbrechern. Et in Ordin. Provincial. D. Augusti Electoris, de Anno 1555. pag. 67. in verb. Als öffentliche des heiligen Reichs und ihrer Liebden Landfriedbrecher &c. Et circa fin. damit der muthwilligen Bevehder / unbillig / Landfriedbrüchig und unrechtmessig beginnen und fürnehmen durch Göttliche verleyhunge möge gesteuert und gewehret werden. Ex quibus luculenter apparet, diffidatores pro violatoribus pacis publicæ habendos esse, Petr. Frider. Mindan. de process. Camer. lib. 2. cap. 25. sect. 3. Modest. Pistor. vol. 1. cons. 39. Dom. Arum. in discurs. 6. ad cap. 17. Aur. Bull. concl. 16. Matth. Stephan. ad artic. 129. Ordin. Crim. Carol. V. Imper. Gilhaus. in arbor. crim. cap. 2. tit. 8. n. 3. Paul. Matth. Wehner. in pract. observat. vocab. Bevehder.

5 Licet enim Constitutio fractæ pacis vim armatam ac violentiam requirat, quæ in diffidatione deficit, quia tamen diffidator arma necemque intentat, & omnibus modis, quibus potest ad effectum pervenire, moliri solet, sicq; præsentissimum armorum terrorem incutit, non secus de ipso, ac de perturbatore pacis publicæ judicandum erit, Mindan. dict. c. 25. sect. 3. Quò pertinet id, quod sibi Jctus respondit: sufficit terror armorum, ut videatur dejecisse, l. quod est. 3. §. qui armata. 5. ff. de vi & vi armat. Et crimen contrahitur si nocendi voluntas intervenerit, l. 1. C. ad Leg. Corn. de sicar. ac de potentia quæ propinqua ad actum est, tanquam de actu ipso judicamus, Gloss. Bartol. & Bald. in l. pen. ff. de milit. testam. Dom. Arum. dict. concl. 16. Ludov. Gilhaus. dict. tit. 8. num. 6. & 7. Et in eo diffidatio à minis differt, quod hæc futuam & conditionalem, illa præsentem offensionem habeat: Neque etiam à dolo ulla excusatio est, Tales enim diffidationes non minus quam armorum usus privatis interdictæ sunt. Imo Duces ac Principes ipsi non possunt denunciare bellum absque licentiâ Superioris domini, l. un. C. ut armor. us. lib. 11. Iodoc. Dambouder. in pract. crimin. cap. 82. n. 20. Frider. Mindan. cap. 25. sect. 3. quomodo ergo diffidatores dolo carere poterunt, si contra leges ac prohibitionem juris peccent.

6 Diffidatio igitur; quia crimen fractæ pacis publicæ est, utique & diffidatores poenâ pacis publicæ tenentur, ac ipso jure in Bannum Imperiale incidunt, juxta dispositionem Constit. pacis publ. sub tit. Die Poen aller Friedbrecher / ibi: Und ob jemand's hohes oder niedriges welt-

Q. I. Num  
diffidatio  
sit species  
fractæ pa-  
cis publicæ

Welcher Standes/woer der oder die weren / wider  
der eines oder mehr / so vorgemeldt in nechsten Ar-  
ticuln gesehen ist (ubi & diffidationes prohibentur)  
handeln/oder zu handeln sich vntersehen würeden /  
die sollen mit der That / von recht zusampt andern  
Poenen in vnsern vnd des Heiligen Reichs Recht  
gefallen seyn / etc. De Anno 1521. Et in Recess. Au-  
gustanis de Anno 1648. §. Ferner zu noch mehr  
Erhaltung. Nullum ergo dubium est, quin ad-  
huc hodie Diffidatores super crimine fractæ pa-  
cis publicæ conveniri, & in Bannum Imperiale  
declarari queant, uti arbitrantur Modestini. Pistor.  
vol. 1. consil. 39. & art. 2. quæst. 3. n. 3. Dom. Arum.  
ad dict. cap. 17. Aur. Bull. th. 16. Petr. Frider. Min-  
dan. de process. Cam. lib. 1. cap. 25. sect. 5. in fin. Paul.  
Matth. Vener. in pract. observat. vocab. Beveh-  
der. Idque clarè lancitum in Constitutione Pro-  
vinciali D. Georgij Ducis Saxon. An. 1625. sub tit.  
Muthwillige Bevehder. In verb. Wann sie (scilicet  
Bevehder oder dero Helffere) offenbar gemacht  
ohn alle weitere Erkklärung in die höchste Land Recht  
gefallen / vnd Leibes vnd Lebens vorlustig seyn /  
also daß sich niemands an ihnen soll mögen ver-  
greiffen / &c.

10 Minus adhuc dubium est. Diffidatores si de-  
prehendantur, ceu pacis publicæ violatores gla-  
dio puniri debere, secundum Recess. Imper. Au-  
gustan. de Anno 1555. §. Wir setzen/ordnen / &c. in  
verb. wo sie in Gefängnis kommen / sollen mit  
dem Schwerdt / als Landjüngere von dem Leben  
zum Tode gerichtet werden / &c. Ordin. Crim. Ca-  
rol. artic. 128. & 129. Const. Provinc. sub tit. Muth-  
willige Bevehdere / in verb. Sondern wann sie ge-  
fänglich eingebracht / so sollen sie / ob auch gleich auß  
solchem fürnehmen kein schad noch angriff weiter  
erfolget were / mit dem Schwerdt gerichtet vnd also  
in allen Schöppenstülen vnd Gerichten vorur-  
theilet / vnd vor recht erkandt werden: Et postea,  
in verb. Als öffentliche des Heiligen Reichs vnd  
ihrer Liebden Landfriedbrecher mit dem Schwerdt  
vom Leben zum Tode sollen gestrafft werden Con-  
stit. Elect. 14. part. 4. Hæcque poena Reis commu-  
niter iudice ex officio præcedente, decerni solet.  
Petr. Heig. lib. 2. quæst. 32. nu. 8. Petr. Frider. Min-  
dan. dict. cap. 25. sect. 4. Dom. Arum. ad dict. cap. 17.  
Aur. Bull. th. 16. Ludov. Gilhaus. in arbit. iud. crim.  
cap. 2. tit. 8. n. 8. Matth. Stephan. ad art. 128. & 129.  
Ordin. Crim. Carol. Beust. ad l. admonendi. 31. ff. de  
jurejur. n. 1179. Paul. Matth. Vener. in pract. ob-  
servat. vocab. Bevehden.

11 Et hæc poena locum etiam habet in solo co-  
natu, quantumvis diffidatores ad actum nõ per-  
venerint, & se nihil tale facturos & inanes tantum  
minas fuisse testentur. dict. Recept. Imper. de Anno  
1555. §. Wir setzen/ordnen / &c. in verb. vnan-  
gesehen ob sie sonst nichts anders mit der That gehan-  
delt hätten / &c. Const. Provinc. sub tit. Muthwillige  
Bevehdere: in verb. Ob auch gleich mit solchem  
vornehmen kein schade noch angriff weiter erfolget  
were. Ordin. Crim. Carol. art. 128. in verb. vnan-  
gesehen / ob sie sonst nichts anders mit der That ge-  
handelt hätten. Const. Elect. 14. part. 4. in verb. vn-  
geachtet / ob gleich von ihnen nichts mehr erfolget.  
Petr. Frider. Mindan. dict. cap. 25. sect. 5. Matth.  
Steph. ad art. 128. Ordin. Crim. Caroli V. Imp. ubi &  
Georg. Rem. Matth. Coler. part. 2. decis. 232.

Neque solum ipsis diffidatoribus, sed etiam 12  
eorundem complicitibus, receptatoribus & ad-  
herentibus prædicta poena imponitur. Recept.  
Imp. August. de August. de Anno 1555. §. Solches  
alles abzustellen / verl. So sollen Vnde: schleiffen /  
Enthalter vnd Fürschieber mit gleicher Straffe  
wie die Aufrethter gestrafft / vnd diese Ordnung  
nicht allein auff die Aufgetretene / sondern auch  
die Vnterscheiffen vnd Enthalter vorstanden /  
vnd vollzogen werden. dict. tit. Muthwillige Be-  
vehdere. Ordin. Provinc. Saxon. pag. 66. in verb.  
Auch wer einen solchen wissentlich hauset / hetmbt /  
vnterscheiffet / ihme Rath / Beystandt oder sonst  
Vorschub erzeiget / der oder dieselben sollen als bald  
durch vnd mit der schriftlichen Absagung / We-  
gelagerung / Vnterscheiff vnd Vorschub / &c.  
Mathew Herlich. part. 4. concl. 21. n. 9. Petr. Heig.  
dict. quæst. 32. n. 10. & n. 55.

Præusquam verò iudex poenam hanc decer- 13  
nat, accuratè ac diligenter minas, qualitates ac  
circumstantias quasvis diffidationis ponderare  
& considerare debet, ut cognoscere queat, an  
crimen diffidationis revera fuerit commissum,  
ne infonti poena mortis indicatur. Non rarò e-  
nim circumstantiæ diffidationum ita comparatæ  
sunt, ut potius pro nudis minis, quam veris dif-  
fidationibus haberi debeant, inter quas certè ef-  
fectus longè diversus est: Siquidem diffidationes  
poena gladii vindicantur, ut modò dixi; Mini-  
tationes verò & verba minitatoria non item.  
Rubr. Const. Elect. Saxon. 15. part. 4. Matth. Coler. 14  
part. 2. decis. 232. Aut. Consult. Constit. Saxon. tom.  
1. part. 4. quæst. 61. n. 1. & seqq. & tom. 2. part. 4. quæst.  
36. n. 1. VVeseemb. in §. item lex Julia de vi. Instit. de  
publ. iudic. n. 4. & in supplem. ad Schneiavv. in dict.  
§. item lex Julia. num. 4. vers. non tamen satisfacit.  
Reinh. Ros. ad Dan. Moller. part. 4. Const. 15. n. 6.  
Petr. Frider. Mindan. de process. Camer. lib. 1. cap. 25.  
sect. 6. Dom. Arum. in discurs. 6. ad cap. 17. Aur.  
Bull. concl. 17.

Ideoq; dispiciendum, quidnam sit propriè dif- 15  
fidatio, & in quibus ea consistat, seu quæ ejus sint  
propria? Dicitur autem diffidatio (Germanicè  
Bevehdung oder Absagung) ab antiquo Gallico,  
& adhuc utilitatissimo vocabulo Diffier, je vous  
diffie, hoc est; Ego te provocho. Petr. Frider. Min-  
dan. dict. cap. 25. in pr. Paul. Matth. Vener. in  
pract. observat. vocab. Bevehden / in v. a. fin. Et de 16  
finito potest, quòd sit minitatio hostilis, quæ quò  
per literas, signum, aliudvè factum inimico suo perse-  
cutionem extremam vitæ, sanguinis, aut bonorum  
denunciat, unde pax publica violatur, & toti populo  
vel universitati periculum & damnum imminet.

Definitio autem diffidationem per minitatio- 17  
nem, ceu genus; Diffidationes enim minæ sunt,  
non vice versa omnes minæ diffidationes, adeo-  
que hæc per illas benè definiti, & minæ quando-  
que pro genere, quandoq; pro specie, nudis scilicet  
minis accipi possunt, exemplo adoptionis,  
quæ alio modo genus, alio modo species est, nè-  
pe, quatenus opponitur arrogationi. §. 1. 2. & 3.  
ubi Dd. Inst. de adoption.

Ad denotandam verò differentiam specifi- 18  
cam adduntur hæc verba: (Qua quis per lite-  
ras, signum vel aliud factum inimico suo ex-  
tremam persecutionem vitæ, sanguinis aut  
bono-

bonorum denunciatur, unde pax publica violatur & toti populo vel universitati periculum imminet. Non enim nuda verba minatoria faciunt diffidationem, sed vel literæ, appensio signi, aliunde factum accedat, necesse est. Nec sufficit ut quis literis, aliove facto alteri persecutionem minetur, sed minæ ejusmodi, si pro diffidationibus habendæ, totum populum vel universitatem concernere debent, ita ut periculum universitati imineat, ut maximè diffidatio ad unum dirigatur. *VVesemb. dict. n. 4. Reinh. Rosa ad Dan. Moller. Constit. Elect. 15. n. 6. part. 4. Dom. Arum. ad dict. cap. 17. Aur. Bull. th. 17.*

19 *Quænam sint requisita venæ diffidationis?* Adeoque ad veram diffidationem, quæ crimen fractæ pacis publicæ incurrit, & pœnam gladii promeretur, duo necessariò requiruntur: Primum est, ut ad minas factum aliquod accedat, quo persecutio extrema vitæ, corporis, aut bonorum inimico denunciatur. Veluti, ut quis literas diffidatorias transmittat, aut certo in loco ponat; Vel signa hostilia & diffidatoria suspendat, scopas, titiones, aut carbones, papyrum cum pulvere tormentario, aut ejusmodi similia, (vulgò Brandzeichen) in pagis vel oppidis affigat; Vel post minationem verbalem, domicilio suo delicto, ad loca suspecta, & ad illos profugiat, iisque se associet, à quibus receptatus ope auxilio adjuvetur &c.

20 Hæc aliavè similia facta ad diffidationem necessariò requiri, non modo constat ex *Constit. pacis publicæ & imprimis Recess. Imper. August. de Anno 1555. §. Solches alles abzustellen / Et §. Wir setzen / ordnen / &c. Constit. Crimin. Carol. art. 128.* quibus in locis pœna gladii tantummodò in diffidatores hocce statuitur, qui ipso facto mala minantur; sed etiam expressè hoc probatur ex *Ordinat. Provincial. Saxon. sub. tit. Muthwillige Behdere. pag. 66.* in verb. *Welcher hinfürder an gleich vnd rechte nicht will begnügig seyn / vnnnd mit Behdesbrieffen / Wegelagerung / oder sonst etwas thätliches vornimt / &c.* Et postea der oder dieselben sollen alsba d / durch vnd mit der schriftlichen Absagung / Wegelagerung / Vnterschleuffe vnd Vorschube / &c. Et paulò pdst. *So sollen sie / ab auch gleich auch solichem vornehmen.* Ac circa finem: *Nicht allein Brände vnnnd Bäseme anzuhengen / sondern Behdes Brieffe zuschicken / vnnnd auch mit der That nachzufolgen / &c.* Ex quibus haud obscure liquet, nuda verba minatoria non sufficere, sed ultra ea quoque factum quoddam requiri ad diffidationem perfectam, quæ pœnam gladii promeretur. *Georg. Remus. & Matth. Steph. ad artic. 128. Ordin. Crim. Caroli V. Imper. Matth. Coler. part. 2. decis. 232. n. 3.*

21 *Alterum requisitum diffidationis est, ut per eam pax publica violetur, & inde hostilia non populo sed communitati sint expectanda.* Omnia enim verba & facta, quæ privatum aliquem concernunt, ut si quis minetur alicui gladium vel pugnam, oder daß er eine Kugel mit ihm wolle wechseln / oder ihn durchschießen / pro nudis minis habentur, & nequaquam pœna mortis coerceri debent. Diffidationes vero, Behde oder Absagung / sunt, quæ in publicum sonant, & non ad unum aliquem pertinent, sed totum popu-

lum vel universitatem concernunt. Diffidare namq; nihil aliud est, quàm bellum, hostilia atque extremas inimicitias denunciare. *Zaf. in §. sic itaque discretis. Instit. de action. nu. 13. Matth. de Afflict. de pac. tenend. §. si quis hominem. num. 57.* Hostilia autem nò pertinent ad unum aliquem, sed totum populum vel universitatem, l. hostes. 24. ff. de capt. & postlim. revers. Idemque innuere videntur verba *Ordinat. Prov. sub. tit. Muthwillige Behdere. Vnfern Vnterthanen vnnnd Verwandten.* Et postea: *Vnfern Vnterthanen vnnnd Vntersassen vnd mecklichen Schaden gethan haben.* Quæ verba in plurali numero posita universitatem quandam denotant. *Petr. Frider. Mindan. de process. Camer. lib. 1. cap. 25. sect. 6. Dom. Arum. ad dict. cap. 17. Aur. Bull. th. 17. VVesemb. in §. item lex Julia de vi publ. n. 4. Instit. de publ. judic. Matth. Berlich. part. 4. concl. 22. num. 3. Reinhard. Rosa ad Daniel. Moller. Constit. Elect. 15. n. 6. Paul. Matth. VVebner in pract. observat. vo. ab. Behdden.*

Hæcque sunt duo requisita diffidationis necessaria, quorum uno deficiente, diffidationis crimen nequaquam commissum est. Illis autem concurrentibus minationem ac denunciationem hostilem pro verâ diffidatione habendam, & pœnâ gladii coercendam esse, dubium prorsus non est.

Quibus ita positis apparet Primò: Pro diffidatoribus habendos ac pœnâ gladii plectendos esse, non modò eos, qui per literas diffidatorias populo ac universitati persecutionem hostilem denunciant, vel incendium minantur, sed & qui signa hostilia ac diffidatoria suspendunt, Scopas, Titiones vel Carbones, Papyrum cum pulvere tormentario, aut ejusmodi similia, vulgò Brandzeichen / in pagis vel oppidis affigunt, quibus tantum detrimenti incendio se allaturos minantur, aut ædificia pagorum vel oppidorû combusta, & in cinerem redacta scopis converti possint. *Matth. Stephan. ad art. 128. Ordin. Crim. Dan. Moller. ad Constit. Elect. 15. part. 4. Petr. Frid. Mindan. dict. cap. 15. Dom. Arum. disc. 6. ad cap. 17. Aur. Bull. th. 17.*

Hocq; non modò clarum est, ex *Ordin. Crim. artic. 128.* in verb. *Desgleichen soll es auch gehalten werden gegen den jentgen / die sich sonst durch etliche Werke mit der That zu handeln vnterstehen / &c.* Vbi pœna gladii statuitur in diffidatores indistinctè, quocunque etiam opere ac facto diffidaverint; Sed & manifestè probatur ex *Ordinat. Provincial. Saxon. sub. tit. Muthwillige Behdere. circa fin.* in verb. *Daß sich muthwillige vnnnd ungehorsame Leute sieder des mehrmahls vnterstanden / nicht allein Brände vnnnd Bäseme anzuhängen / sondern Behdesbrieffe zuschicken / vnnnd auch mit der That nachzufolgen.*

24 *Quod & verum est, si quis solum inimico suo, aut uni ex populo seu universitate minetur incendium: in ædibus eius signo inflammationis affixo: Talis enim æquè diffidator est, ac pœnâ gladii puniri debet: Etsi namque hoc casu diffidatio ad unum solummodò dirigatur, attamen exinde incendium ac hostilia toti communitati sunt expectanda. Adeoque tales minæ ad totam communitatem pertinent, cui toti incendium minatur?*

dium unius domus nocere potest, ut quod proxima quæque soleat arripere, sicut verissimè dicitur: Tunc tuas res agitur, paries cum proximus ardet &c. *Vesemb. in §. item Lex Julia de vi publ. n. 4. Instit. de publ. iud. Dom. Arum dict. cap. 17. Aur. Bull. th. 17. Reinhard. Rosa ad Dan. Moller. Constit. Elect. 15. n. 6. part. 4.*

25 *Et juxta ea quotidie pronunciarum, ac pœnâ gladij diffidatorum dictari solet, ut ut etiam is solummodo inuicem cosuo, & sic uni ex universitate incendium ministratus fuerit, signo inflammationis in adibus eius appenso. Prout responderunt Scabini ad consultationem Quæstoris in Zörbigk! M. Aug. Anno 1585*

*Deß Schut-erwatters zu Meiffen! M. Novembr. An. 1589. Ad requisitionem Præfelli Pegaviensis, M. Septemb. An. 1616.*

*An Schöff er zu Stolpen, Mens. Februar. Anno 1617.*

*An Schöff er zu Zügenrück! Mens. Novembr. Anno 1587.*

26 Nec refert, an diffidatores minas executi fuerint, nec ne. Et enim *Ordinat. Provincialis Saxon. sub tit. Wuthwillige Bevehdere per. Const. Elect. D. Augusti 14. p. 4. ed. extenditur & ampliat, ut diffidatores lignis inflammationis affixis incendium minitantes, gladio puniri debeant, etiam si nihil damni ab ipsis datum sit, in verb. fin. dict. Const. 14. Als ordinar in seken und wollen wir/ daß auch dieselbige (scilicet so Brandzeichen stecken und anhängen) ungeachtet/ ob gleich von ihne nichts mehr erfolget/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode sollen gestrafft werden/ ubi Dan. Moll. n. 3. Matth. Stephan. ad art. 128. Ordin. Crimin. Caroli V. Imp. Matth. Vesemb. in §. item lex Julia de vi publ. n. 3. Instit. de publ. iud. Matth. Berlich. part. 4. concl. 21. n. 21.*

27 Causa namque Constitutionis Provincialis, quæ diffidatores gladio puniri jubet, ea est, ut per hanc pœnam periculosa illæ diffidationes tollantur, & hominibus nullus metus ac timor incutiatur, ut colligi potest ex *art. 128. Ordin. Crim.* Per eiusmodi enim appositionem & suspensionem signorum, diffidatis non parvus metus iniicitur, publica communitatis pax turbatur ac violatur, vicini conterrentur, coguntur agere vigilias, domi se continere, nec egredi ad agriculturam aliavè negotia, sed domus suas singuli aut pleriq; defendere & custodire compelluntur. *Vesemb. in d. §. item lex Julia de vi publica. n. 4. Instit. de publ. iudic.* Quæ incommoda diffidati æquè sustinent, licet diffidatores damnum non dederint nec minas executi fuerint. Quare ut & hoc casu diffidatores pœnæ statuta subijciantur, identitas rationis requirit.

28 *Eoq; modo pronunciarum solent Scabini quotidie: So möchte Z. M. wegen solcher seiner begangenen und belanten Vordrechung und Bevehdung/ auch daß er obangeregten Zeddel mit der beygefügten vordächtigen Materien/ nemlich dem Pulver und eislichen Schwefelstein 4. losz und verierlichten angeheffret/ und also Zubalts der Churf. Sächs. Constitution, sonderlich aber vermöge der 1. part. 4. welche außtrüchlichen und in specie uff die jentigen/ so Brandzeichen stecken und anhängen/ mit gerichtet/ und durch dieselbe die Churf. Landes Ordnung gleichsam als*

kläret wird/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gestrafft werden. *B. R. W. Ad consultationem Præfelli Pegaviensis, M. Septembr. An. 1616.*

*Iisdem formalibus responderunt quoque versus Stolpen! M. Febr. An. 1616.*

*Similiter pronunciatum fuit ad requisitionem Senatus Lutzenfis, M. Septemb. An. 1597.*

*Züllichau/ An Richter und Schöppen! M. April. Anno 1599.*

*An Rath zu Dieben! M. Jul. Anno 1600.*

*Ad requisitionem Quæstoris Delitiani, M. Jan. Anno 1604.*

Quinimò, licet diffidator affigens signa inflammationis ne quidem propositum ac animū nocendi ac minas exequendi habuerit, nihilominus tamen propter affixionem nudam signorum eum gladio puniendum esse, arbitror.

Tum, ob generalitatem textus in *Const. Elect. 29*

*14. p. 4. lbi: Daß dieselbige ungeachtet/ ob gleich von ihne nichts mehr erfolget/ mit dem Schwerd vom Leben zum Tode sollen gestrafft werden.*

Quæ verba generalia sunt, neque distinguunt, an diffidatores propositū habeant exequi minas, nec ne, a deoque generaliter de illis quoq;

qui animum nocendi non habent, intelligi ce-  
bent, non minus, ac si id verbis fuisset expres-  
sum, nam & id proexpressio habetur, quod in  
genere dicitur. *gloss. in l. fin. in verb. specialiter. C. 31*

*quod eum eo qui in al. potest. Bart. in l. heredes. 1. n. 7. vers. ego dixi & dico circa hoc & c. ff. de vulg. & pub. subst. & in l. Prator aut 20. §. interdictum hoc. 1. n. 1. ff. de oper. nov. nunciat. Iacob. Schult. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 126. n. 89. Henning. Guden. Consil. 4. n. 10.*

Tum, quia affigens signa inflammationis absque proposito nocendi & minas exequendi non minus publicam communitatis pacem violat, & hominibus universis metum atq; terrorem incutit, acis qui eiusmodi signa appendendo minatur eâ intentione, ut minas postmodum exequatur, quam ob causam in diffidatores pœnam gladii fuisse statutam, dictum antea, & probatum ex *art. 128. Ordin. Crim. Caroli V. Imp. Vesemb. ad §. item lex Julia de vi. publ. nu. 4. Instit. de publ. iud. Adeoq; & simili pœnâ, affigens signa inflammationis absque intentione nocendi affici debet, ob identitatē rationis quæ idem jus facit. l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 7. §. 2. C. de revoc. donat. c. inter corporalia 2. extr. de transl. Epis. op. gloss. in l. cum certum. 19. in verb. aquitatis ratio. C. ad leg. Aquil. Andr. Tirag. in reg. cessante causa part. 1. n. 156. Modest. Pistor. consil. 16. n. 13. lib. 1. Matth. Coler de process. execut. part. 4. n. 38.*

32

33

34

*Quemadmodum etiam pronunciarum Scabini: So möchte er von wegen solcher Wuthhandlung (in dem er in H. R. Schennenlocheinen Flederwisch/ mit zwey Rohlen/ so Creutzweise daran gebunden/ neben einem wischlin Strohe gelegt) inhalts Churf. Sächs. Constitution, als ein Behder mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gestrafft und hingerichtet werden/ und hat der Gefangene sich darwider damit/ in dem er fûrgeben thut/ daß seine Meinung niemals gewoesen/ daß er anstecken wollen/ nicht zu behelffen/ B. R. W. Ad requisitionem Nobilium à Neypichau/ M. Februar. Anno 1619.*

*An Schöff er zu Zörbigk! Mens. Augusto, Anno 1587.*

T Quæ

35 Quæ tamen hæcenus dicta fuere, ea solummodo procedunt quando diffidatores in delicto perseverant. Quod si enim pœnitentia ducti literas diffidatorias, vel signa inflammationis affixa revocent, antequam damni quid ab ipsis datum fuerit, tunc ipsis non nihil indulgendum est, & remissa pœna mortis, diffidatores vel fustigatione, vel relegatione perpetua tantum puniri debent. *Matth. Coler. part. 2. decis. 232. num. 2. Dav. Moller. ad Constit. Elect. 16 part. 4. Matth. Berlich. part. 4. concl. 23. Petr. Heig. part. 2. q. 32. n. 15. & seqq.*

36 Tum, ob textum manifestum in *Constit. Elect. 16. part. 4.* quæ, licet tantummodo de diffidatoriis literis loquatur, eam tamen ad signa diffidatoria quoque extendendam, idemque de diffidatoribus signa inflammationis affixa revocantibus dicendum esse, identitas rationis suadet, ut demonstrat *Berlich. dict. concl. 23. nu. 8. & seqq.*

37 Tum, quod & in aliis delictis qui pœnitentia ductus seipsum offert, à pœna ordinaria liberetur, *l. quavis. 11. ff. de in jus vocando. l. non omnes. 5. §. qui in desertione. 4. ff. de re militari.* Veluti etiam in crimine furti expressè dispositum in *Constit. Elector. 32. part. 4.* Regulaque universalis est, quod pœnitentia post delictum in multis delictis non atrocioribus mitiget pœnam, *Andr. Tiraquell. in tract. de pœn. temp. caus. 28. num. 1. & seqq. Jason. in l. in arenam. C. de inoff. testam. nu. 5. Prosper. Farinac. in prax. crimin. libr. 3. quæstion. 124. numer. 168.* Facit huc, quod pulchrè decidit *Alberic. in ult. part. tractat. stat. quæstion. 69.* quod si quis Bannitum receptaverit, duobus vel tribus diebus, & postea pœnitentem prodiderit, præsentaveritq; potestati, licet puniendus sit ex forma statuti huiusmodi receptionem prohibentis, pœnam tamen illi mitigandam esse, *arg. §. sed etiam suspiciens in Auth. de Mandat. Novell. 17.* quam opinionem *Alberici* refert & sequitur *Tiraq. in tract. de pœn. temp. aut remitt. quæst. 60.*

38 Neque huic obstat, quod post commissum delictum, perfectum, pœnitentia regulariter delinquentem non excuset. *l. qui ea mente. 65. ff. de furt.* Diffidationis autem delictum sola appensione signorum aut emissione literarum perficiat consummari, expeditum est & probatur ex *Ordinat. Provincial. sub tit. Muchwillige Bevehdere* quæ expressè dicit, daß mit der schriftlichen Absagung / ob gleich kein Schade noch Angriff darauff weiter erfolget / Leib und Leben verwirret werde &c. Nam prædicta regula fallit in illis delictis, ubi res in integrum statum post consummationem restitui potest; veluti in furto & delicto diffidationis: Literis enim vel signis ac terror prorsus cessat *Bartol. in l. qui ea mente. 65. ff. de part. numer. 2. vers. præterea debes scire. Bald. in l. si quis. C. de Episcop. & Cler. num. 9. vers. melius tamen dici potest. Prosper. Farin. in pract. crimin. dict. quæst. 124. num. 176.*

Ad hoc tamen, ut pœnitentia mitigationem pœnæ operetur, requiritur, ut quis pœniteat, & diffidationi renunciet, antequam capiatur,

& in carcerem conijciatur, *argum. Constitut. Elector. 32. in verb. fin. Ehe sicum Gefängniß gezogen / oder beklagt werden &c. part. 4. Matth. Coler. dict. decis. 232. n. 2. Petr. Heig. dict. quæst. 32. n. 42. part. 2.*

Secundò: Exinde quod dictum est, Diffidationis delictum perfici factò aliquo, ut emissionem literarum, vel appensione, aut affixione signorum diffidatoriorum, unde periculum toti universitati imminet, sequitur, pro diffidatore quoque habendum esse ac diffidationis pœnam incurtere eum, qui per literas diffidatorias, vel affixionem signorum inflammationis, non suo, sed alterius nomine, aut ad alterius mandatum alicui minatur malum,

Nam & is, qui nomine alterius literas diffidatorias emititur, vel signa inflammationis affigit, æquè peccat & terrorem incutit hominibus, ac si nomine suo proprio subscripto malum minaretur. Causa ergo delicti existente, ipsum delictum existit, posita enim causa, ponitur effectus, sicut & hic, causa cessante cessat, *cap. & si Christus 26. extr. de iureiur. cap. cum cessante. 90. extr. de appellat. 13. cap. de pœnit. Andr. Tiraq. in reg. cessante causa. num. 11. Cachéran. consil. 4. n. 12.*

Præterea, hoc quoque casu requisita diffidationis concurrunt, quæ ut supra dictum, sunt minitatio facta universitati, & factum quoddam accedens, veluti emissio literarum diffidatariorum, aut appensio & affixio signorum inflammationis, ideoque positis requisitis substantialibus delicti diffidatorii, ipsum delictum poni necesse est.

Ita diffidatorii, qui literas diffidatorias aliorum nomine scriptas emiserat, *Scabini dicitaverunt pœnam gladii, An Schösser zu Lauchstädt / M. April. Anno 1594.*

Similiter quoque diffidationis pœnam incurrit, qui ad mandatum alterius literas diffidatorias offert, aut signa inflammationis affigit, siquidem mandatarius in delictis ob mandatū non excusatur, *Bartol. in l. non solum §. si mandator ff. de iniur. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 9. 37. numer. 1.* Turpis namq; vel injusta rei mandatum adeo non est obligatorium, ut ne juramento quidem confirmetur. *l. 6. §. 3. & 7. l. 12. §. 11. l. 23. §. 6 ff. mandat. cap. non est obligatorium de reg. jur. in 6to Jul. Clar. in pract. §. fin. quæstion. 89. num. 1.*

Cumque mandans & mandatarius procul dubio sint correlata, sicut dominus & servus, pater & filius, Actor & Reus &c. ideo secundum naturam correlativorum, posito uno ex iis, necessario ponitur & alterum, *l. fin. ff. de accept. Bald. in l. nemo martyr. & in Auth. quas aliciones C. de SS. Eicls. Tib. Decian. dict. lib. 9. cap. 33. num. 1.* Obque id, delictum mandantis & mandatarii ferè unum & idem est, *Bartol. in l. sed si unius. §. servus meus. num. 5. de injur. Cyn. in l. non ideo minus. C. de accusat. Decian. dict. lib. 9. cap. 32. n. 5.* si ergo mandans diffidator gladio plectendus utiq; & diffidator mandatarius eadem pœna affici debet.

Quem-

Quemamodum etiam in tali casu responderunt Scabini, An Na h zu Herzbergi M. Aug. An. 1587.

48 Quod tamen verum est, si mandatarius sciēter & dolosē mandato eiusmodi illicito pareat, literas diffidatorias offerendo, vel signum inflammationis affigendo. Iustus enim à diffidatore literas diffidatorias offerre diffidato, nesciens contenta literarum, & nil minus suspicans quàm diffidationem, nequaquam diffidationis delictum committit, neque eiusdem pœnam incurrit. In omnibus enim delictis animus & voluntas debet attendi, l. Divus Adrianus ff. ad Leg. Cornel. de sicar. l. verum, §. sciendum ff. de minor. l. sed an ultrò. §. 1. ff. de negot. gest. l. fraudus interpretatio. ff. de reg. iur. Tiraq. de pœn. temp. caus. §. 1. numer. 7. & 9. Anchar. consil. 216. Prosp. Farin. part. 3. crimin. quest. 86. n. 7. Neq; delictum absque voluntate committitur: Malitia enim cuiuscunq; actus pravi à voluntate procedit, quæ præcipua est in omni peccato, Tiraq. l. 1. retract. cap. 15. Didac. Covar. in Clem. si furiosus. 2. part. relect. n. 2.

Ideoque, si mandatarius offerens literas diffidatorias exceptione ignorantie se tueri velit, juratò hanc obtinere & sese purgare debet, quod contenta literarum diffidatoriarum nesciverit.

51 Veluti Scabini dictaverunt juramentum purgationis N. B. offerenti literas diffidatorias, & ignorantiam prætendenti. An consultationem Quæstoris in Weiffenseel M. Nov. A. 1619.

52 Tertiò: Ex antea dictis etiam colligi potest, pro diffidatoribus habendos, accipere plectendos esse, qui ferrum & flammam, & quicquid præterea possunt detrimenti, aliis minitantur non purè, sed sub conditione, si voluntati ipsorum non satisfecerint, hoc vel illud non dederint, aut fecerint, (So fern man sich mit ihnen nicht vortragen/diß oder jenes abschaffen würde) Petr. Frider. Minda. in de process. Camer. lib. 1. cap. 25. sect. 2. Beust. ad l. admonendi. 31 ff. de iure iur. n. 1179. post pr. vers. pro declaratione autem istius Wesemb. in §. item lex Julia de vi. n. 4. Inst. de publ. iudic.

§. 9. Num diffidatio conditionalis veniam merentur?

53 Equè enim qui sub conditione universitati incendium, aliave hostilia denunciatur, merum ac terrorem incurrit, & sic ipso facto minitatur, adeoque requisitis diffidationis committitur. Et certè diffidationes ut plurimum sub conditione nisi id factum vel datum fuerit, quod diffidatores volunt, fieri solent. Si ergò delinquentes hoc casu pœnam effugerent, rarissimè delictum diffidationis puniretur. Fraus etiam facillimè inventa esset, per quam diffidationes licite fierent, cum quilibet sentiens eiusmodi diffidationes conditionales non ita acriter puniri, se ad illas converteret. Aut. Consult. Const. Elect. Sax. tom. 2. part. 4. quest. 36. n. 5.

54 Idemque haud obscure colligi potest ex Ordin. Provinc. sub tit. Muthwilltze Bevehdere. Const. Crim. Carol. art. 128 & 129. in quibus diffidatores etiam dicuntur ii, qui ordinariâ juris cognitione non contenti, jus in manibus se habere putantes, ipse legum & Magistratum auctoritate, pro libidine sua vi & metu homines, ut vo-

luntati suæ, pareant, compellere conatur. Quod certè faciunt illi, qui adiecta etiam conditione, hostilia aliis minitantur.

Præterea de hac re textus est manifestus in 55 Constit. Elect. Saxon. 15. part. 4. in verb. fin. Segen und wollen/das alle die/so das jenige verwirken/thun und fürnehmen werden / davon in solcher Constitution Meldung geschicht/ungeachtet obermehltet angehengter condition / mit dem Schwert / als abgesagte Feinde und V�hder / vom Leben zum Tode gerichtet und gestraffet werden sollen/tubi Dan. Moll. Matth. Berlich. part. 4. concl. 22. n. 22.

Et ita quotidie solent pronunciari Scabini, ut ap- 56 paret ex eorum sententiis. Segen Hainsberg/ad requisitionem Friderici à Rischers/M. April. A. 1585.

Quæstoris in Landstädte/M. April. A. 1594.

Prætoris Lipsensis. M. Octob. A. 1596.

Quæstoris in Weiffenseel M. Nov. A. 1619.

Nec adversatur, quòd conditio suspendat actum, & nihil ponat inesse, l. cedere diem 213. ubi 57 Alciat. & Gœd ff. de Verbor. significat. l. si quis sub conditione §. ff. si quis omiff. caus. testam. Andr. Tiraq. in tract. de retract. part. 1. §. 1. gloss. 2. num. 22. & gloss. 9. num. 100. & gloss. 10 num. 44. Vt enim sepius dictum, non requiritur ad diffidationem executio minarum, sed sola denunciazione hostili universitati facta, accedente aliquo facto, ut emissione literarum, vel appensione signi inflammatorii, delictum diffidationis perficitur & cõsummatum, adeoque diffidator pœnam gladii promeretur, licet minas non executus fuerit, nec propositum nocendi, easdemque exequendi habuerit. Constit. Elect. 14. part. 4. Matth. Stephan. ad art. 128. Ordin. Crim. Carol. V. Imp. VVesemb. in §. item lex Julia de vi publ. num. 3. Inst. de publ. iud.

58 Quartò: Dictum supra, ob solas minas pœnam gladii infligi non posse, sed præter eas, factum aliquod diffidatoris requiri ad hoc, ut pœna mortis locum habeat. Exinde haud in commode quaritur: An quodvis factum, seu quovis actus minitantis delictum diffidationis perficiat, & quid describente literas diffidatorias habendum sit, an & is, si nihil præterea fecisset, gladio puniri debeat? 58 2. 10. qua pœna officii debeat scribi bonaliteras diffidatorias abiq; ultiori facto præstito.

59 Quod quidem extra dubium esse videtur, ob Constit. Imperii Ratisbonens. de Anno 1594. §. Der gleichen und diweill an etlichen Orten: quâ pœna diffidantium extenditur quoque ad illos, qui literas diffidatorias solum scribant vel concipiunt, etiam ad actum ulteriorem non procedant. Ludov. Gilhaus in arbor. crim. cap. 2. tit. de diffidation. n. 9. Petr. Heig quest. 32. num. 10 & 55. part. 2. Pet. Frid. Minda. dict. cap. 25. sect. 4. VVesemb. in parat. ff. ad Leg. Corn. de sicar. num. 16. Reinhard. Rosa ad Dan. Moller. Constit. Elect. 14. part. 4. num. 1. Quibus videtur suffragari communis illa Dd. opinio; auxiliatores nimirum eadem pœna cum principali afficiendos esse, quam opinionem communem dicit Corn. Conf. 8. lib. 3. quem refert Dec in c. 1 n. 12. extr. de offic. Deleg. Cravett. conf. 220 n. 12. part. 2.

Veruntamen, à prædicta Ordinatione Imperii recessit D. Augustus Elect. Saxon. in Constit. 14.



stii. 14. part. 4. Vbi cum qui literas diffidatorias solummodo scribit, non pœna gladii puniri, sed virgis cædi & relegari iubet, nisi præterea in executione quoque literarum illarum principali diffidatori auxilium præstitisset: veluti si literas à se scriptas ædificiis aut portis illorum, ad quos scriptæ essent, affixisset, aut quid simile fecisset, *diēt. Const. Elect. 14. part. in verb. initial.* Die weil unsere Schöppenstule bis anhero gesprochen das der jentze, welcher einen Behdesbrieffschreiber/nichte mit dem Schwert / sondern allein mit Staupenschlägen zu straffen / Er hette dann mit der That zur Behde zu helfen angefangen / so lassen wir es auch darbey bleiben. Idque forsan propterea, quod scribens tantummodo literas diffidatorias, auxilium non præstat diffidatori in ipso actu delinquendi seu diffidationis, qui potissimum consistit in emissione & oblatione literarum scriptarum, juxta doctrinam *Salicet. in l. un. C. de rapt. virg. numer. 24.* Præsertim cum & is cuius iussu literæ diffidatoriæ scribuntur, pœnitere potest, antequam ulterius quicquam contra illos, ad quos scriptæ sunt, attentet. *Dan. Moller. ad diēt. Constit. Elector. 14. part. 4. numero tertio.*

61 Nec obstat, quod juxta opinionem Doctorum communem, auxiliator eadem pœna cum principali affici debeat. *Barr. in l. is qui opem. n. 5. ff. de furt. Cravet. conf. 220.* Hoc enim tantum procedit in auxiliatore, qui immediate causam delicto, & opẽ cooperativã principali delinquenti in ipso delicto præstat, qualis est is, qui literas diffidatorias jam scriptas offert aut affigit, quo ipso diffidationis delictum perficitur. Secus in auxiliatore, qui ante delictum auxilium præbet. Hunc non nisi pœnã extraordinariã afficiendum esse, tradunt *Dd. communiter. Socin. Consil. 188. libr. 1. Didac. Covarr. in repet. Clem. si furiosus in 2. part. relect. §. n. 2. homicid. Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 16. nu. 2. in fin. Salycet. d. l. un. C. de rapt. virgin. Carrer. in pract. crim. §. homicidium. n. 69. & seqq.*

62 Quinimò, ob circumstantias facti quandoq; in arbitrio judicis esse, fustigationem remittere & scribentem literas diffidatorias solum relegatione punire, existimaverunt *Scabini.*

63 *Veluti responderunt in casu, quo scribens ipsemet literas diffidatorias non conceperat, sed ex alterius concepto de verbo ad verbum descriperat, hoc modo: So möchte B. VV. wofern man ihm in Ansehung / das er solchen Brieff selbst nicht gedichtet / sondern allein auß des Pfarherin concept abgeschrieben / nicht Gnade erzeigen wolte / mit Staupenschlägen des Landts ewig vorwiesen werden B. N. W. Ad consultationem Quæstoris in Hennichen / M. Jul. An. 1591.*

64 *Quando isidem pictor quidam V. K. homo aliàs probus ac bona fama, ad hoc delictum operam suam locaverat, pronunciarunt Scabini in hunc modum: So wird er derowegen gestalten Sachen nach / weil er mit der That zur Behde nicht geholfen / und mehr nit gethan / als das er den Behdesbrieff verfertigt und geschrieben / mit Staupenschlägen des Landts ewig vorwiesen. Es wolte dann die hohe Obrigkeit dem Gefangenen / in Ansehung / das ihm wegen seines Lebens und Wandels auch des mahltens halber / so er gelernt / ein gut Zeugniß geben*

wird / er auch sonst ein frommer einfältiger / und armer Mensch / wofern er es für eine Gnade erkennen / und darum unterhänigt ansuchen wird / den zuerstanten Staupenschlag auß Gnaden erlassen / uff den Fall wird er nur mit der Straffe der ewigen Landes Vorweisung belegt / und dieselbe an ihm gebührlicher massen exquirat B. N. W. An Schösser zu Breysburg / M. Julio, Anno 1612.

*Pari modo dilaverunt Scabini scriptori literarum diffidatoriarum temporalem solummodo relegationem, Ad requisitionem Præsecti in Berlin / M. Julio, An. 1587.*

65 *Quintò: Ex supradictis etiam differentia inter diffidationes & imitationes haud obscure apparet; Dum enim ad veram diffidationem duo requiri necessariò, diximus, nempe ut ad minas factum aliquod accedat, quo periculus extrema vitæ, corporis aut bonorum inimico denunciatur; veluti emissio literarum diffidatoriarum, vel signorum hostilium diffidatoriarum suspensio & affixio. Et ut per eiusmodi minas pax publica violetur, & inde hostilia non uni personæ, sed toti populo, seu universitati sint expectanda, sequitur horum requisitorum alterutro deficiente, imitationem non pro diffidatione, sed pro nudis minis habendam esse.*

66 Ideoq; si quis alicui verbis nudis tantum incendium, inflammationem, vel simile minetur, (Er wolle ihm einen roten Hahn außs Haus setzen) licet eiusmodi minæ non solum minati personam, sed totum populum & communitatem concernunt, cui incendium unius domus nocere potest, ut quod proxima quæque solet arripere, *VVesemb. in §. item lex Julia de vi publica n. 4. Instit. de publ. judic. ex tamen pro diffidatione, quæ pœnam gladii meretur, nequam haberi debent, quia alterum diffidationis requisitum, quod est factum accedens, ut emissio literarum, vel affixio signorum inflammationis deficit.*

67 Quod & verum est, si quis nudis verbis universitati, pago, vel oppido incendium minetur, (Er wolle das Dorff anstecken und in die Asche legen) Aut *Consult. Constit. Saxon part. 4. quæst. 36. tom. 2. num. 5. ubi ait: Drauwort werden vorstand den mündliche Absage und Bedraungen / die calore iracundiæ auß Zorn / Bewegnüß / trunkenheit / oder dergleichen / und bisweilen durch Beschickung und Werbung geschehen / wieder dieselbige hat die Constitution, so wieder die Landzwinger gemacht nicht statt. Paul. Matth. VVehner. in pract. observ. verb. Bevehden.* Cuius rei ratio hæc esse potest, quod nempe Constitutio Provincialis diffidatores propterea gladio puniri velit, quia hominibus & universitati timor incutitur, ac publica pax turbatur ac violatur, ut vicini vigiliis agere, domi se continere, & agriculturã, aliavẽ negotia negligere cogantur, ut apparet ex *Ordin. crim. artic. 128. VVesemb. in §. item lex Julia de vi publ. n. 4. Instit. de publ. jud.* Atqui solis minis verbalibus, ejusmodi metum ac timorem incolis non injici, vel eo constat, quod nudis verbis minitans calore potius iracundiæ hoc fecisse præsumatur, quam animo exequendi minas, quarum effectum vicini solummodo metuunt.

Simi-

68 Simili modo pro diffidatione non habetur, quando quis verbis, aut etiam literis, aliove fa- cto minitatur certæ alicui personæ ejusmodi malum, quod ipsum solummodò, non etiam uni- versitatem ac totum populum concernit. Veluti, si dicat aut scribat, (Er wolte etnen erschiesßen/oder ihm eine Kugel schencken) Quam- vis enim quis per literas diffidatorias hoc alicui minetur, is tamen pro diffidatore haberi non potest, quia alterum requisitum diffidationis, quod est damnum seu malum imminens toti populo seu universitati, deest.

69 Adeoque ejusmodi denunciations certæ personæ factæ pro nudis tantummodò minis haberi debet. *Vesemb. in d. §. item lex Julia de vi publ. n. 4. Inst. de publ. judic. Dom. Arum. in discurs. 6 ad c. 17. Aur. Bull. th. 17. Reinhard. Rosa ad Dan. Moll. Const. Elect. 1. §. n. 6. part. 4. Beust. ad l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 1179.* Nam & hoc casu ratio, ob quam in diffidatores poena gladii constituta est, deficit, nimirum metus ac timor qui universitati seu populo universò incurritur, ut antea dictum est.

70 Hisce ergo duobus casibus, quando scilicet denunciatio fit nudis verbis absque literis diffidatoris, appensione signorum diffidatoriorum & hostilium, aut si certam tantummodò perso- nam, & non universitatem seu populum con- cernat, minitator pro diffidatore nequaquam haberi, neque ob nudas hasce minas poena diffi- dationis, quæ est gladii, affici debet. *Dom. Arum. dict. th. 17. Rosa dict. n. 6. Ant. Consult. Const. Saxon. part. 4. quest. 36. tom. 2. Paul. Matth. Vehner. in part. d. l.*

71 Tum, quia ratio, ob quam in diffidatores poe- na gladii statuta est, hoc casu deficit, nempe in- gens metus ac terror, qui per diffidationem uni- versis, & communitati incurritur, juxta *artic. 128. Ordin. Crim. Carol. V. Imp. Matth. Vesemb. in §. item lex Julia de vi. publ. nu. 4. Inst. de publ. jud. Cessante autem ratione alicuius dispositio- nis aut juris, ipsa dispositio atq; jus cessat. l. adige- re 6. §. quamvis 9 ff. de jur. patron. Iason. in l. quod dictum. 32. nu. 2. ff. de pac. Petr. de Vbald. in tract. de duob. frat. part. 6. qu. 9. n. 10. Nicol. Everh. in loco, a cessatione rationis. nu. 2. Andr. Traquell. in reg. cessante causa n. 130.*

72 Tum, quia minitatores gladio puniri debent, quando à domicilio suo profugientes ad loca suspecta se conferunt. *Ordin. Crim. art. 128. Re- cess. Imp. Aug. Anno 1555. §. Soldes alles abzu- stellen &c. §. Wtr setzen / ordnen / statuiren &c.* Ergo à contrario sensu minitatores, si à domici- lio suo non profugiant, nec ad loca suspecta se conferat, ob nudas minas verbales à poena gla- dii erunt exempti. Est enim argumentum à con- trario sensu in jure fortissimum. *l. quæcunq; 1. ubi Angel n. 3. & Ias. n. 36 ff. de off. eius cui mand. est ju- risd. Bald. in l. conventicula 15. n. 1. C. de Episc. & Cler. Eel. in c. significasti. 18. n. 9. ext. de for. compet. Everh. in loc. legal. loc. à contr. sens. in pr.*

73 Tum, ob rubricam *Const. Elect. 15. part. 4. Ob- sichts die Landes Constitution auff Mündliche Ab- sage erstrecke?* Et si enim hæc questio expressis verbis in nigro non decidatur, tacite tamen differentia inter diffidationes & minas consti-

tuitur, dum opinio nonnullorum inter verba minatoria & diffidationes distinguendum re- fertur, & tacite approbatur. *Matth. Berlich. part. 4. concl. 22. n. 21.*

Tum, quòd in poenalibus semper benignior 74 interpretatio capienda, mitiorque sententia conseranda sit. *l. ha enim causa. 4. §. decreto. 1. ubi gloss. in verb. & verum est. ff. de susp. tutor. l. si Prae- ses 32. in fin. & l. interpretatione. 42. ff. de poen. c. in poenis. 49. ext. de reg. jur. in 6to. Jacob. Menoch. de presump. lib. 5. præsunt. fin. n. 2. Prosp. Farin. in prax. crimin. lib. 1. quest. 19. n. 3. Raph. Cuman. conf. 134. col. fin. vers. non autem quantum ad poenam corporalem &c.*

Et secundum ea in Electorali Scabinatu pronun- 75 ciavimus saepius, neq; praedictis casibus ob minas vel nudis verbis prolatas, vel singulis nõ univer- sitatem concernentes, poenam diffidationis unquã fuisse dictatam memini. Eodemq; modo Scabinos vetustiores ante sexaginta fere annos respondisse reperio: *Ob wohl G. H. willens gewesen die Statt Sagau/ und das Dorff darinnen sein Freund/ mit dem er unetis / wohnt / mit Feuer anzulegen und zu verbrennen/ dieweil er aber das nie gethan / und mit de Werck nichts vorgenommen / noch vollbracht/ auch vchdlichen nichts aufgeschreiben/ noch vchdese- brieff angeschlagen hat / So mact ihr ihn am leben nicht straffen / sondern wol verwahret halten / bis so lange das er gnugsame Vorsicherlig mache/ das man keinen Schaden von ihm zugewarten hat. D. N. W. M. April. Anno 1574.*

Quod tamen ad eum solummodò casum est 76 restringendum, si minitatores in terminis sim- plicium minarum permanant. Quod si verò illi, qui eiusmodi minas verbales emittunt, ad- bus suis vel laribus post minas excedunt, & ad loca suspecta se conferunt, iisque sese conjun- gunt à quibus recepti ope & auxilio juvari pos- sunt, tunc tanquam diffidatores, pacisque pu- blicæ violatores gladio puniuntur. *art. 128. Or- din. Crimin. Carol. in verb. Wo dieselben an vor- dächliche End/ als obstezet / aufstretten / die Leute bey stümlichen Rechte und Billigkeit nicht bleiben lassen / sondern mit bemeldten aufstretten / von dem Rechten und Billigkeit zubezrohen / oder schre- cken unterstehen / dieselben wo sie in Gefangniß kämen / sollen mit dem Schwert als Landwin- ger / vom Leben zum Tode gerichtet werden / unan- gesehen / ob sie sonst nichts anders mit der That gehandelt hetten. Idemque dicitur in *Ordin. Pro- vincial. sub tit. Wuchwillige Bevehder. pag. 66. Ant. Consult. Const. Saxon. tom. 1 part. 4 quest. 61. n. 3. Dom. Arum. disc. 6. ad cap. 17. Aur. Bull. th. 17. Matth. Coler. part. 2. decis. 232. Dan. Moll. ad Const. Elect. 15 part. 4. n. 1.**

Cuius sanctionis ratio exprimitur hisce ver- 77 bis *dict. art. 128. (Zubezrohen oder Schrecken un- terstehen).* Non minor enim metus ac timor hominibus inicitur à minitatore adibus suis excedente, & ad loca suspecta se conferente, quàm ab eo, qui per literas diffidatorias, aut af- fixationem signorum hostilium malum minatur, cum quilibet fere executionem minarum eo casu suspicari queat, proinde non iniquum est, ut eiusmodi minitator, qui minas exequi stu- det, diffidationis poenâ teneatur.

Quemadmodum etiam à Scabinis fuit pronun- 78 ciatum; *Wo der Brieff / dessen Abschrieffe ihr unns- inger*

zugeschicket / mit L. C. Wissen und Willen aufzuges  
gen nemlich / wo ihr euch mit ihm nicht vorragen  
würdet / daher sich an eurem Leibe und Gute rechnen /  
und euch damit vorwarner haben wolle / darauß er  
denn auch aufgetreten / und die Antwort seinem  
Weibe zu zuschicken vorlassen ; So ist solcher Brieff  
vor einen Feindes Brieff zu achten / dadurch er ver  
möge der Fürsten zu Sachsen Ordnung d; Schwere  
verbühret. Desgleichen fallen diejenigen auch in sol  
che Straffe / die ihm darzu wissentlich Vorschub ge  
than haben und noch thun. B. N. W. Mens. Febr. An  
no 1562.

Q. 13. An  
& qualem  
cautionem  
minas pro  
ferens  
verbales,  
debeat  
praestare?

Ceterum, quamvis minator ob solas ac nu  
das minas pœnâ diffidationis non teneatur,  
propterea tamen non statim dimittendus est,  
sed tamdiu in carcere detineri debet, donec  
sufficientem cautionem per fidejussores, vel pi  
gnora de non offendendo praestet. *l. hac autem  
satisfactio ff. si cui plus quam per leg. Falcid. l. illicitas. §. ne potentiores ff. de offic. Praesid.* Eamque re  
ceptissimam esse omnium traditionem ait *Petr. à Plach. in epist. delict. l. c. 7. n. 1. Jul. Clar. in pract. §. fin. qu. 77. n. 2. Vvesemb. in §. item lex Julia de vi publ. n. 4. Inst. de publ. jud. Prosp. Farin part. 3. oper. crim. quast. 107. n. 36. Reinh. Rosa ad Dan. Moll. Constit. Elect. 15. n. 6. part. 4. Aut. Consult. Constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quast. 16. Paul. Matth. Vvehner. in pract. observ. vocab. Beechden: Dan. Moll. lib. 3. semest. 29. Dom. Arum. ad delict. c. 17. Aur. Bull. th. 17. Petr. Frid. Mindan. de process. Camer. c. 25. sect. 6. Beust. ad l. admonedi. 31 ff. de jurejur. n. 1179. Matth. Co'er part. 2. decis. 232.*

80 Ac minus dubii habet hæc assertio in Impe  
rio Romano Germanico ob expressam Sanctio  
nem Caroli V. Imper in art. 176. *Ordin. Crim. in verb. Sol die selbe ungläubhafte / boßhafte / ge  
Person im Gefängniß / als lang / bis die nach Er  
fänniß des selben Gerichts / gnugsame caution,  
Sicherung und Bestand für solche unrechliche  
thätliche Handlung thut / durch die Schöppen  
rechtl. erkand werden &c.*

81 Quæ cautio eò dirigi, idq; continere debet,  
quod minator non solum ipsum principalem  
& minitatum, sed & eius familiam, Magistrat  
um, aliosvè homines offendere nolit. *Bart. in d. l. illicitas. 3. §. ne potentiores ff. de off. Praesid. n. 9. Fel. in rub. ext. de trenga & pace. n. 10. sub fin. vers. quinta declaratio. & n. 11. Matth. Berlub. part. 4. concl. 22. n. 14. Farin. delict. q. 107. n. 25.*

82 Eumq; morem pronuntiandi sequimur quotidie  
in Electorali Scabinatu, hisce formalibus: So  
ist N. N. wegen solcher Drauwort / derer er zur Toth  
durfft überführet / gnugsame caution, sich an gleich üd  
recht begnügen zu lassen / und weder wieder N. N. oder  
die Seinen / noch sonst männiglichen nichts thät  
liches für zunehmen / zu bestellen schuldig / und ehe und  
zvor solches von ihm Geschihte / mag er der gefäng  
lichen Haffe nicht entlediget werden B. N. W. Vel  
hoc modo: So wird N. N. im Gefängniß so lange  
enthalten bis er gnugsame caution bestelt / wieder das  
Amt noch sonst männiglichen nichts thätliches für  
zunehmen / sondern sich an gleich und recht begnügen  
zulassen B. N. W.

83 Quænam verò cautio hoc casu sit idonea, ju  
dex arbitrabitur secundam qualitatem minita  
ti, ac minitatoris, & ipsarum minarum, *Farinac. delict. qu. 107. n. 39. & 43. Jac. Menoch. de arbit. jud. qu. ff. lib. 2. cas. 140.*

84 Quamvis etiam Paris. existimet, Iudicem ad

praestandam cautionem neminem posse cogere,  
nisi ea à parte petatur, eamque communem  
esse opinionem testetur, *conf. 168. numer. 10. libr. 4. quem refert Petr. à Plach. delict. cap. 7. nu. 1 in fin.* Contrarium tamen se vidisse observari,  
quando subest timor scandalorum, scribit *Jul. Clar. delict. quastion. 47. num. 3.* Quam practicam  
etiam ibidem laudat, cum iudices omni studio  
curare debeant, ut in civitate omnia sint pacata  
& tranquilla.

85 Istud hoc loco scitu dignum, Iudicem Reum  
ad cautionem praestandam nequaquam conde  
mnare posse, nisi de duobus certò constet: Pri  
mo, ut minator Reus sit confessus vel confid  
de minis, ad minimum per duos testes.

*Vt sapius pronuntiatum scio.* Aber wegen der  
articulirten Bedraung mag wider ihn / weil  
er derselben / wie sich zu recht gebühret / nit ü  
berwiesen / nichts vorgenommen werden /  
Quastori VVur. ensi M. August. Anno 1630. 86

86 Secundo, quod verba à minitatore emissa sint  
reverà minitoria, quæ damnum aliquod in  
justum ac violentum alteri denunciant. Sunt en  
nim quædam verba, quæ partim in bonum sen  
sum de vindicta justa, quæ fit mediante justitia  
accipi, partim in malam partem explicari pos  
sunt. *Vincent. Caroc. decis. 46. num. 5. 6. 7. Hering. de fidejussor. cap. num. 188.* Veluti, si quis scribat  
aut dicat alicui, (Ich wil mich an dir rechnen.  
Vel, Ich wil es cyffern Vel, Ich wil dir gedene  
cken) Quæ verba, quia tam in bonam, quam  
malam partem accipi possunt, puta vel autoritate  
judicis, vel manu propria pro minis non habē  
da, sed in bonam partem de vindicta, quæ auto  
ritate judicis fit, accipienda esse, arbitratur *He  
ring. delict. cap. 5. n. 188.* In dubio enim benignior  
interpretatio assumi debet. *l. proximè. 3. vers. sed  
in re dubia. ff. de re his qua in testam. l. semper in  
dubis 96. ff. de reg. jur. Idemq; asserere videntur  
Tiber. Decian. Consult. 4. vol. 3. Hieron. à Laurent.  
decis. 89. n. 2. Jacob. Menoch. de presunt. libr. 1. cap.  
89. n. 66.* Atque ita Facultates Iuridicas in ditio  
nibus Saxon. Electoris respondisse Anno 1572.  
refert. *Hering. d. loco.*

87 Eodemq; modo Scabinos Electorales prædicta  
88 verba de vindicta qua autoritate judicis fit, in  
tellexisse, & proferentem ea à praestandâ cauti  
one absoluisse, observari sapius.

89 Quamvis verba hæc semper ac indifferenter  
sic explicanda esse, non existimem, sed Iudicis  
arbitrio hoc potius relinquendum cenleo, qui  
ex personarum & verborum qualitate de hac  
re diversimodè statuere poterit. Quid enim si  
inimicus inimico, cum quo illi nulla contro  
versia judicialis est, hæc verba scribat, dicatvè?  
Vtiq; non aliter, quam de vindicta propria ac  
cipi posse videntur. *Quid itidem si proferens talis  
sit, qui minas non jure, sed manu exequi solet? Quid  
si ad huc alia quadem verba addantur, qua iudici  
alem vindictam respiciunt? Hisce & similibus ca  
sibus solet iudicis arbitrium sese exercebit, &  
iustitiæ legibusq; convenientem ordinem da  
bit. Vincent. Car. decis. 46. n. 6. & seq. Dom. Arum.  
discurs. 6. ad Aur. Bull. th. 17.*

Hinc

90 Hinc quando femina quadam contra incolas alicuius Oppidi eiusmodi verba effuderat, Die gange Statt würdes erfahren / und würden die Unschuldigen der Schuldigen entgelten müssen. Ad præstandam cautionem de non offendendo, eam condemnare haud dubitavimus. an Stattribiter zu Freyburg! Mense Jan. A. 1624.

91 Quid autem si Minitator fideiussores vel pignora habere, adeoque cautionem de non offendendo præstare nequeat? Hoc casu eum ad juratoriam cautionem admittendum esse, eoq; modo Wittebergenles respondiſſe; testatur *Matth. Coler. part. 2. decis. 232. num. 4.* Quod & placet *Matth. Berlich. part. 4. concl. 21. n. 10.* Alii verò arbitratur minitorem, quando est persona suspecta, malæ famæ, & ad delinquendum prompta ad omne periculum avertendum relegari debere, donec idoneam cautionem invenerit, *Prosper. Farinac. dict. qu. 107. n. 41. Dom. Card. Tusch. tom. 1. præct. concl. lit. C. concl. 169. n. 13. Jul. Clar. libr. 5. sent. §. fin. quæst. 47. n. 5.*

92 Sed neutro remedio minitato consulitur: Interitum enim ac mortem qui molitur, certè nec metu perjurii facilè deterretur, nec relegatione coerceri potest, quin malum propositum exequatur. Quinimò relegatus ob minas, magis irascitur, easque propterea, vel ipsemet, vel per aliū exequi studiosè laborat.

93 Ideoque quòd metus ac periculum avertatur, Minitorem in carcere, donec usq; cautionem idoneam invenerit ac præstiterit, detinendum esse censeo, quod & putat *Dan. Moller. lib. 3. semestr. cap. 29. num. 9.* Quemadmodum etiam Militem quendam ob minas contra personam quandam illustrem ejectionis, ante vicennium in arce Rochlizenſi in carcere, donec usq; moretetur, detentum fuisse memini.

Quod si tamen minitatus ipsemet hoc casu minitatori aliquo modo indulgere, eiusq; cautioni juratoriam fidere velit, tunc certè præstito juramento minitator dimittendus est. Quia enim cautio de non offendendo jus partis est, absq; dubio minitato ita volente, cautio juratoria admitti debet,

Hancque sententiam in Scabinatu Electorali sequimur in pronunciando quotidie: So mag er der Haffsche und juvor er die zuertante caution mit Bürgen oder Pfanden wirklich besstellen nicht entlediget werden. Es wolte dann N. N. (der Bedraute) Ihme auff seine endliche anerbottene caution trauen / uff solchem Fall würde er des Gefängniß billig entlassen / B. N. W.

96 Notandum porrò & hoc, quòd si minitator in carceratus non habeat, unde se alat, minitatus alimenta ipsi præbere teneatur, juxta tradita in simili à *Nicol. Boer. decis. 303. n. 2. las. in l. si victum 34. n. 2. ff. de re judicat. Hippol. de Marsil. in præct. in carcere crim. §. attingam. n. 74. Job. Kopp. decis. 29. nu. 25.* Idque expressè traditum in *artic. 176. Ordin. Crimin. Carol. in verb.* Und wo er sich von seinet selbst Gütern in solcher Gefängniß zuerhalten nit vermöchte / so sol alsdann durch den Ankläger zu seiner Erhaltung / dem Büttel sein gebührlich Wartegeld nach Ermessigung des Richters gegeben werden. Quod si nec accusator habeat, unde in carcerato alimenta præstat, ex filco iudicii illa desumenda erunt, *dict. artic. 176. in verb.* Wo nun der Ankläger solchen Kosten auch nicht vermöchte / soll die Obrigkeit denselben Kosten tragen.

In hunc modum respondimus Quæstor in Weisensee / darinnen er von den Seinigen / wofen er es in Vermögen hat / in widrigen Fall aber von dem bedraueten N. N. nothdürftig unterhalten / und alimentiret wird ic. *Mens. Ob. A. 1630. Pariter respondimus An Osterreichische Richter und Schöppen zu Gleina / M. Aug. A. 1631.*

## QVÆSTIO XXXVIII.

## De Crimine Incendii eiusque Pœna.

## SVMARIA.

1. Incendio violatur quoq; pax publica.
2. Incendii crimen gravissimum & atrocissimum est n. 9.
3. Quæ sit pœna huius criminis de Iure Civili, num. 4 §. 6 7.
8. Ordinatio Criminalis Carolina quomodo puniat Reos huius criminis.
10. Quæ sit pœna Incendii in terris Saxoniciis, n. 13 17
11. Quomodo differant Brenner & Worbrenner n. 12
14. Ius Saxonicum auctoritatem non habet, nisi quantum consuetudine & usu receptum est.
15. Regula ponitur generalis de pœna huius delicti.
16. Pro expresso etiam habetur, quod in genere dicitur.
18. Vocabulum (omnis) nihil excludit.
19. Fœmina quoq; pœna ignis subiacent. n. 20.
21. Imbecillitas sexus fœminas à pœnis ordinariis non excusat.
22. Responsa Scabinorum Lipsensium.
23. Quomodo puniantur Nobiles huius delicti Rei.
24. Quando nobiles mitius puniantur. n. 25
26. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 27
28. Indifferenter pœna ignis plecti debet Reus, sive in civitate, sive extra civitatem incendium profuerit. n. 29. 30.
31. Incendium in domo rustica vel horreo commissum, quomodo puniri debeat. n. 33.
32. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 34
35. Quid iuris in eo qui stabulum incendit.
36. An si quis ligna vel acervum frumenti comburat.

37. *Responsum Scabinorum Lipsensium.*  
 38. *Si crimine incendiij non damnatum datum, sed nequitia incendiarij attenditur, n. 39.*  
 40. *Responsa Scabinorum Lipsensium.*  
 41. *Explicatio Constit. Elect. 17 part. 4. n. 42.*  
 43. *Sententia Scabinorum Lipsensium.*  
 44. *An mitiganda sit pœna, si Reus damnum resarcire velit.*  
 45. *Sententia Scabinorum Lipsensium.*  
 46. *Ædes suas inflammantes quomodo puniendi.*  
 47. *Responsa Scabinorum Lipsensium.*  
 48. *Mandans & mandatarius in hoc crimine puniuntur, 55. 56. 57.*  
 49. *Mandatum in delictis non excusat.*  
 50. *Gravius delinquit qui lucri causa Incendiij crimen committit.*  
 51. *Explicatio Constit. Elect. 17. part. 4.*  
 52. *Responsa Scabinorum Lipsensium.*  
 54. *Mandans gravius delinquit quam mandatarius.*

**I**NCENDIO quoque pacem publicam violari, patet ex l. 5. in pr. in verb. *Qui catu, concursu, turba, seditione, incendium fecerit, junct. l. 1. ff. ad Leg. Jul. de vi publ.* Quod crimen ut atrox & grave, ita etiam commune ac frequens est hoc seculo sceleratissimo.

**Q**uid enim gravius & atrocius est, igne accendere domos, aut alia bona, unde tam grave exoritur incendia passorum dispendium, & nulli vel tantillum compendium, ut quidem ipsis incendiariis, Fures, Latrones, Prædones excelsere aliquid commodi aut consequuntur, aut saltem venantur; Incendiariis ex facinore nihil accrescit. In aliis multis sceleribus expletur utcumque sceleratorum voluptas; sed in incendio incendiarius nihil utilitatis, nil voluptatis consequitur. *Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 103. n. 1.* Ut non sine causa Pontifex pessimam & depopulatricem horrendamque incendiariorum malitiam detestetur & interdicit in *cap. pessimam. 23. quæst. 8. Prosper. Farin. part. 3. oper. crim. quæstion. 110. numer. 2. Rosa ad Daniel, Moller. in Constit. Elector. 17. nu. 2. part. 4.* Nihilominus tamen in hac postrema mundi parte, postquam universi terrarum Orbis deflagratio propè imminet, ita frequentia sunt incendia, ut ulla antè ætate crebriora & frequentiora vix fuerint, ut verbis utar *Andr. Rauchbar. part. 2. quæstion. 10. in pr.*

**M**eritò igitur crimen hoc grave & atrox pœna gravi & atroci coercendum esse, quivis facile concefferit. Quamvis de iure Civili varix & non uniformes pœnæ in Incendiarios statuta deprehendantur: In Civitatibus enim quando incendium magnum committitur, incendiarij, si viles sunt personæ, bestiis traduntur & comburuntur. *l. qui ades. 9. l. fin. §. qui data opera. 1. ff. de incend. ruin. & naufr. Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 103. numer. 5. Gilhaus. in arbor. judic. crim. cap. 2. tit. 11. numer. 2. Andr. Gail. libr. 2. observat. 22. nu. 6. Johan. Harppr. in §. item lex Iulian de vi publ. Instit. de publ. judic. numer. 16. Johan. Schneidvvin. ad §. capite tertio. numer. 4. Instit. de leg. Aquil. Angel. Aretin. in tractat. de malefic. in verb. incendiario. numer. 2. Bartol. in l. 1. numer. 5. vers. primo casu*

55. *Responsa Scabinorum Lipsensium.*  
 58. *Num offensio aut ira Reum Incendiij a pœna ordinaria excuset, n. 60. 61. 64.*  
 59. *Responsa Scabinorum Lipsensium.*  
 62. *Quando ira aliquem excuset a pœna n. 63.*  
 65. *Lege non distinguente, nostrum non est distinguere.*  
 66. *Sententia Scabinorum Lipsensium.*  
 67. *Non propter reiterationem incendiij pœna sit exasperanda, n. 68. 69. 71. 72. 73.*  
 70. *Iusta de causa pœnas aggravare potest.*  
 74. *Odiosa extendi non debent.*  
 75. *Reiteratio delicti graviolem requirit pœnam.*  
 76. *In capitalibus semper mitior sententia capienda est.*  
 77. *Responsa Scabinorum Lipsensium.*  
 78. *Quid Reus Incendiij alia quoque crimina commisset, n. 79.*  
 80. *Pluribus delictis unica pœna non sufficit.*  
 91. *Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 82. 83.*  
*si incendium est magnum, ff. de offic. Præf. vigil. Andr. Rauchbar. part. 2. quæst. 10. nu. 7. Mynsing. cent. 6. observat. 88. n. 5.* Ob incendium verò parvum de capiuntur. *l. capitalium. 28. §. incendiarij. 12. ff. de pœn. Schneidvvin. dict. §. cap. 3. Inst. de Leg. Aquil.*

**A**t, si Reihuius criminis Mobiles sint, vel alia in dignitate constituti, ob Incendium magnum decapitari debent. *dict. l. fin. qui data opera 1. vers. si in aliquo gradu ff. de incend. ruin. naufrag. Bartol. in dict. l. 1. ff. de offic. Præf. vigil. numer. 5. Bald. in l. data opera. 11. §. de his qui accusar. non poss. numer. 1. Matth. Berlich. part. 4. concl. 24. numer. 9. Rauchbar. dict. quæst. 10. numer. 7. vers. vel si in aliquo gradu. Mynsinger. dict. observat. 88. numer. 7. Schneidvvin. dict. loco. Licet aliter sentiat *Iacob. Menoch. libr. 2. arbit. judic. quæstion. cent. 4. cal. 390. numer. 32.* existimans, in arbitrio iudicis positum esse, an ob magnum Incendium pœnam Capitis, secundum *l. 1. in pr. & l. si quis dolo. 10. ff. ad L. Cornel. de sicar. l. data opera. 11. C. de his qui accus. non poss. l. fin. ff. de incend. ruin. naufr. l. capitalium. 28. §. 12. ff. de pœn.* an verò ignis seu combustionis supplicium, juxta *l. qui ades. 9. ff. de incend. ruin. naufr. d. l. 28. §. incendiarij. 2. ff. de pœnis.* Incendiario vilis conditionis infligere velit.*

**Q**uod si verò in villa incendium commissum fuerit, Reus si incendium est parvum, deportari, *Bartol. in l. 1. ff. de offic. Præf. vigil. n. 5. vers. si autem est parvum. Iohann. Schneidvvin. in dict. §. cap. tertio. Inst. de Leg. Aquil. 5.* Si verò magnum, decapitari debet, modo Reus sit vilis persona, *l. 1. in pr. & dict. l. si quis dolo. 10. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. l. 28. §. 12. vers. qui verò casu ff. de pœn. Iodoc. Damhoud. dict. cap. 103. nu. 5. vers. si verò in casu. Andr. Rauchbar. dict. quæst. 10. numer. 7. vers. qui verò extra oppidum. Bartol. in dict. l. 1. ff. de offic. Præf. vigil. n. 5. vers. si verò incendium. Matth. Berlich. dict. concl. 24. n. 7. Mynsing. dict. cent. 6. observat. 88. nu. 8. vers. si verò incendium.*

**N**obilis autem persona vel alia in dignitate quadam constituta, ob incendium magnum in villa commissum deportatione, ob parvum verò incendium relegatione, punitur. *dict.*

dict. l. capitalium, 28. §. 1. & §. incendiarij. 12. ff. de pœn. junct. l. fin. §. 1. in fin. ff. de incend. ruin. naufr. Bart. dict. l. 1. n. 5. ff. de offic. Præs. vigil. vers. si verò est in dignitate. Bald. in d. l. 11. C. de his qui accus. non poss. n. 1. vers. nisi persona delinquens. Myns. dict. observat. 88. n. 6. vers. sin honesta. Matth. Berlich. dict. concl. 24. n. 9. Ange! Aretin. in tract. de malef. verb. incendiario. n. 2. vers. nisi delinquentis persona & l. Steph. in Ordin. Crim. art. 125.

8 Et hæc ita de Jure Civili deposita sunt, At in Imperio Romano Germanico, Imperator Carolus V. severiorem pœnam Reis huius criminis indixit, sanciendo, ut Incendiarii dolosi ignis supplicio afficiantur & vivi comburantur, in Ordin. Crim. artic. 125. ibi: Die böshafftigen/überwunden Brenner sollen mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet werden/ ubi Matth. Stephan. & Georg Remus in Nemes. Karulin. Andr. Rauchbar. dict. quest. 10. n. 7. vers. Ordinatione verò Carolina. part. 2. Joach. à Beust. in l. admonendi. 31. ff. de iurejur. n. 1179. in med. vers. debent autem incendiarij & c. pag. 742. Gulhauf. in arbor. judic. crim. cap. 2. tit. incendio. 11. num. 2. & Matth. Coler. part. 1. decis. 186. n. 1. Quod supplicii genus gravissimum delicti huius atrocitas detestabilis exposcit.

9 Cùm enim Incendiarii in Reipublicâ perniciosissimi tanquam naturæ inimici è medio sint tollendi, & ex omni societate humana eripiendi, ut qui nulla utilitatis ratione plecti, solo odio, invidiâ & nocendi libidine agitati bonum & commodum habitationis, quod natura sagaciter & tutandos homines ab imbribus, ventis, tempestatibus & reliquis cæli iniuriis excogitavit, aliis nequissimè eripiât, certè haud æquo ac justo gravius visum fuit Imperatori Carolo V. hanc pœnam atrocissimam Reis huius criminis horrendi imponere. Quam pœnam quoque in Flandria & Brabantia ex inclita consuetudine obtinere, testatur Iodoc. Damboud, in prax. crim. c. 103. n. 8. & 9.

10 An autem hæc pœna in terris quoque Saxonice, incendiariis sic infligenda? haud immeritò quis dubitare posset, ob textum Iuris Saxonici in libr. 2. Landrecht. art. 13. in verb. Alle Wörder und die den Pflug berauben/oder W ühlen/oder Kirchen/oder Kirchhöffe/und Verräther/und Mordbrenner/oder die ihres Herren Botschaftt werben zu ihren frommen/oder von eines andern wegen/ die sol man alle Nadebrechen. Unde criminis huius Reus rotæ pœnâ affici de Jure Saxonico, asserit. Joach. à Beust. in l. admonendi. 31. ff. de iurejur. n. 1179. in med. §. debent autem incendiarij in fin. vers. sicut & Jure Saxonum. Cui tamen non parum adversatur §. subsequens dict. art. 13. Landr. li. 2. ex quo haud obscure patet, incendiarios tantummodò capite plectendos esse, in verb. Die einen Mann schlagen und sahen/oder berauben/oder brennen/sonder Mordbrandt & c. denen sol man allen die Häupter abschlagen & c.

11 Quem nodum ut dissolveret Ioan. Schneidvoin. in §. capite tertio. Inst. de leg. Aquil. n. 5. vers. de Jure verò Saxonico. putat, distinguendum esse inter incendiarios simplices Brenner ohne Mord/ & incendiarios conductivos, Mordbrenner/ ita ut illi gladii; hi vero Rotæ pœnâ affici debeant.

Conductivos autè appellat eos, qui certâ pecuniæ summâ conducti operam suam ad committendum incendium locant: Sed quàm benè, viderit ipse. Nullibi enim, nec in textu, nec glossâ Iuris Saxonici vocantur Mordbrenner/ qui pro certa mercede operam ad faciendâ incendia locant. Quin & simplices incendiarios pecunia ad incendendum & comburendum conduci, & conductivos esse luculenter apparet ex §. fin. Constit. Elect. 17. part. 4. in verb. Das die jenigen / welche sich mit Geld / oder in andere Wege zu Mord / oder brennen bestellen / und annehmen lassen & c. In qua Constitutione etiam vocantur Mordbrenner indistinctè omnes, qui animo deliberato & dolosè incendunt. Ut sic indifferenter incendiarii omnes Germanicè Mordbrenner appellari queant.

12 Nisi quis differentiam in eo ponere velit, quòd incendiarii seditiosi seu famosi Germanicè Mordbrenner/ incendium necandi spoliandi que causa committant, & sic una cum ereptione bonorum, ac depredatione totius oppidi aut villæ, hominum quoq; exitium atq; interitum querât: quales communiter sunt emissi ab hostibus publicis ad & comburendum necadum, simpliciter verò dicantur incendiarii Brenner/ qui solo odio, invidia, & nocendi libidine agitati nullius spoli vel alterius lucri intuitu, certam aliquam domum vel prædium incendunt, licet præter intentionem ignis vicinas quoque domus consumat. Quæ distinctio non modò verbis art. 13. lib. 2. Landrecht/ quibus incendiarii seditiosi, Mordbrenner/ cum Latronib⁹ & Prædonibus conjunguntur, sed & vocabulo (Morden) convenit. Hoc enim propriè homicidium lucri ac spoliij causa commissum denotat. Gloss. in dict. art. 13. in verb. Die einen Mann vers. Etliche ermorden die Leute um Geldes oder Gutes willen/und mit wohlbedachtem Muth/diese sind rechte Mörder & c.

13 Quicquid sit, certè non multùm laborandū atque disputandum est de horum differentia, cùm hodiè in terris etiam Saxonice omnes indistinctè incendiarii dolosi ignis atq; flammæ supplicio afficiantur, & vivi comburantur juxta sanctionem Carolinam Criminalem in dict. art. 125. consuetudine totius ferè Saxoniæ hoc comprobante. Non attenda dispositione Iuris Saxonici, quod vigorem & autoritatē non habet, nisi quatenus usu & consuetudine receptum est, sæpius hoc inculcante Hartm. Pfistor. q. 16. n. 11. part. 1. quest. 2. n. 35. vers. sapius enim menimus & c. q. 26. n. 18. part. 2. & passim. Matth. Coler. de process. execut. in præfat. Idquæ certò certius est, & expressè confirmatur Const. Elect. 17. part. 4. quæ omnibus indifferenter incendiariis pœnâ ignis decernit. Daniel. Moll. ad dict. Const. Elect. 17. n. 2. & seq. Andr. Rauchbar. quest. 10. n. 7. vers. Jure autem Saxon. part. 2. Joach. à Beust. ad l. admonendi. 31. ff. de iurejur. n. 1179. in med. vers. debent autem incendiarij.

14 Stat ergò Regula generalis; Incendiarios igne cremandos esse. Eaque ampliatur; Primò, in omnibus cuiuscunq; sortis ac conditionis Reis. Ponderanda namq; probè est verborum generalitas in Ordin. Criminal. Carolin. art. 125. ibi;

- ibi: Die böshafftigen überwindenen Bremer &c. Et in Const. Elect. 17. part. 4. in verb. Ob die jenigen welche Feuer angelegt: Et postea: An der Mißhändler Willen: Et pauld pōst: Daß obgesagte Vordbrechere &c. Vnde ritē inferitur, omnes omnino Reos huius criminis, cujuscunque etiam status ac conditionis fuerint, hāc pœna afficiendos esse. Generaliter enim qui loquitur, nihil excludit, & pro expresso etiam habetur id, quod in genere dicitur. gloss. in l. fin. in verb. specialiter C. quod cum eo qui in alien. potest. Bartol. in l. heredes. 1. n. 7. vers. ego dixi & dico circa hoc ff. de vulg. & pupill. subst. Andr. Tiraq. in legib. connub. gloss. 7. nu. 87. & seqq. Jacob. Schult. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 126. n. 89. Alex. conf. 17 75. n. 11. vers. sed Iudæus idē non fuit expressus &c. lib. 5. & conf. 201. n. 10 lib. 6. Et clarius loquitur Ius Saxon. in art. 13 lib. 2. Landrecht/ in verb. Alle Mörder/ und die den Pfug berauben/ &c. Und Mordbrenner. Et pauld pōst: Die einen Mann schlagen und fahen oder berauben/ oder brennen/ sondern Mordbrand &c. Denen sol man allen &c. Quæ certē verba manifestissimē probant, circa pœnam Incendii quoad statum & conditionem Reorum, nullatenus distinguendum esse. Nam qui affirmat aliquid universaliter dicendo (omnis) nihil videtur excludere. c. si Romanorū i. circa medium. vers. dicendo verō omnia. dist. 9. l. Iulianus 68. in pr. ubi Bartol. ff. de legat. 3. Gloss. final. in c. solita 6. ext. de major. & obedient. Iason. in Auth. praterea. n. 15. vers. & isto casu tenet Ludovicus & c. C. Vnde vir & uxor. Panorm. in c. quoniam fin. n. 15. vers. quia qui omnia dicit. ext. de præscript. Tiber. Decian. conf. 57. n. 12. vers. qui enim omne dicit &c. lib. 1.
- 19 Non solum igitur masculi, sed & fœminæ incendium committens, pœnæ ignis subjacent, idque non modò ob identitatem rationis, quæ idem jus facit. l. illud. 32. ff. ad leg. Aquil. gloss. in l. cum certum. 19. in verb. æquitatis ratio. C. ad leg. Falcid. gloss. in cap. fratritatis. 17. in verb. novis. vers. & ubi est eadem ratio. extr. de testib. Panorm. in c. quoniam frequenter. 5. in 1. respons. n. 6. vers. si ergo eadem ratio est. extr. ut lit. non contest. Matthæus Coler. de processib. execut. part. 4. cap. 1. n. 38. Modest. Pistor. conf. 16. n. 13. lib. 1. Quis enim inficias ire poterit, fœminam æquē graviter delinquere incendiando & comburendo ædes alterius, ac masculum. Idem namque damnum per eam atque per hunc inferitur.
- 20 Sed & ob criminis atrocitatem ac enormitatem, quæ veniam non meretur. Incendii enim crimen inter delicta atrocissima referri, dubitandum non est propter clara verba Constit. Elelor. 17. §. Nach dem den solche Mißthat unter die grōßesten und atrocissima delicta gerechnet/ auch solch grausam und unmenßlich fürnehmen &c. part. 4.
- 21 Neque sexus muliebris fragilitas fœminas à pœnis ordinariis excusat, nisi in casibus à jure expressis. Prosper. Farin. part. 3. oper. crimin. quæst. 98. n. 11. allegat. l. fin. C. de jur. & fact. ignor. Andr. Tiraquell. de pœn. Temper. caus. 9. n. 5. in fin. junctis iis, quæ scripsit in caus. 11. nu. 23. Sfortz. Odd. de rest. in integr. part. 1. quæst. 10. artic. 5. Dec. in l. si quis id. numer. 34. vers. ultimo notandum. ff. juris dict. omn. judic.

Idē, comprobant Scabini responsis quæ amplissimi dūlant: fœminis pœnam ignis ob commissum incendium Ad requisitionem Quæstoris in Belgic/ M. April. Anno 1582.

Senatus Bitterfeldensis, M. Octobr. An. 1585. VVolfgangi à Nagewitz/ Mens. Decembr. Anno 1596.

Quæstoris Misnensis, M. Octobr. An. 1600.

Quæstoris in Voigtsberg/ M. April. Anno 1600.

It. Mense Ianuar. Anno 1605.

Ad requisitionem Quæstoris in Schwelnig/ M. Febr. Anno 1607.

Versus Zabelitz/ An Ioban. Christophorum von Rottenburg/ M. Febr. An. 1607.

Ad consultationem Prætoris & Scabinorum Chemnicensium, M. Novemb. An. 1610.

Quæstoris Pirnensis, M. Julio, An. 1611.

Ioban. VVilhelmi à Bernstein/ M. Mart. Anno 1613.

Quæstoris Delitiani, M. Mart. An. 1615.

Quæstoris in Augustsburg/ Mens. Sept. Anno 1617.

Senatus Grimmensis, M. Jun. An. 1618.

Quæstoris in Hohenstein/ Mense Februar. Anno 1620.

Quæstoris in Hain/ M. August. An. 1625.

Quæstoris in Belgic/ M. Febr. An. 1591.

Ex eadem pariter ratione concludendum, Nobiles quoque, vel aliā in dignitate constitutos, huius criminis Reos, ignis & flammæ supplicio subjungendos esse, cum & hi æquē graviter peccent, idemque damnum per incendium inferant, ac alii ignobiles, vel vilioris conditionis homines. Ius quidem Civile Nobilibus in crimine incendii aliquo modo veniam tribuit, iisque mitiorem pœnam infligi jubet, ut manifestum est ex l. capitalium. 28. §. 1. & §. incendiarii 12. ff. de pœn. l. fin. §. qui data opera. 1. ff. de incendi. ruin. & naufrag. Bart. in l. 1. n. 5. ff. de offic. Præf. vigil. Bald. in l. data opera. 11. C. de his qui accusat. non poss. n. 1. Matth. Berlich. part. 4. cor. cl. 24. nu. 6. & 9. Mynsinger. cent. 6. obs. 88. n. 7. & 8. Andr. Rauchbar. part. 2. quæst. 10. num. 7. vers. si in aliquo gradu. Sed à dispositione huius Iuris in Imperio Romano usu ac consuetudine contraria jam dudum recessum est, Daniel. Moller. libr. 4. semestr. 31. in fin. Andr. Rauchbar. dist. quæst. 10. n. 7. in fin. Et licet vulgaris sit Regula Interpp. Quòd Nobiles, divites & digniores mitius puniatur, quàm ignobiles, pauperes, aliivē conditionis vilioris homines. Quam regulam vulgò probat per l. Pedius. §. 1. ff. de incendi. ruin. & naufrag. l. annonam. §. pœna ff. de sepulchr. violat. l. ante damnū §. in ministerium ff. de pœn. Andr. Tiraq. de pœn. caus. 31. n. 1. Prosper. Farin. part. 3. oper. crimin. quæst. 98. n. 102. Attamen ea solum procedit in pœnis arbitrariis, & non uniformibus, quæ ex qualitate personarū distinguendæ sunt per judicē; secus verò in pœnis uniformibus & taxatis à Lege vel statuto, in quibus non est habenda personarum distinctio, Tiraquell. dist. caus. 31. n. 34. & 35. Salicet. in l. servos. n. 4. C. ad Leg. Jul. de vi publ. Foller. in pract. crim. c. 16. n. 18. pœnam autē in crimine incendii uniformem esse definitam ac denominatam, certo certius est ex artic. 125.

Ordin-

*Ordinat. Criminal.* Quæ ob generalitatem verborum non minus ad Nobiles, quam ignobiles extendenda.

potius damnum ex incendio imminens, ipsaq; delicti atrocitas attendenda, quæ severitatem supplicii requirit.

Adeoq; non minus ignis ac flammæ supplicio afficiendus, qui in domo rustica sive tugurio, in villa aut pago incendium ponit, acis, qui Palatium in civitate igne comburit.

*Quemadmodum in casu incendiij in pago commissi pronunciarunt Scabini Begeu Stüttchenbach / An Schöffer / Mense Junio, Anno 1582.*

*Ad requisitionem Iudicis Præfecturæ Cizensis, Ad consultationem Quæstoris in Sathain / M. Sept. Anno 1616.*

Nec refert, an ædificia, in quibus incendium factum, ad inhabitandum, vel res conservandas, aut etiam alium in finem & usum fuerint exstructa, qualia sunt torcularia, tentoria pannorum &c. *Bartol. Capol. de servitut. rusticor. pradior. cap. 44. numer. 9. vers. etiam in eo &c. & vers. & idem tenet &c.* Adeoque & si quis scenile aut horreum incenderit, nihilominus pœnæ ignis subijciendus est. Quemadmodum Reum quendam Paulum de Molo 28. Novembr. An. 1561. propter tale incendiū ultimo supplicio affectum, tradit *Jul. Clar. libr. 5. sentent. §. fin. quest. 68. num. 20. vers. fuit tamen pro incendio. Prosper. Farinac. in prax. crimin. part. 3. question. 110. num. 6. sub fin. vers. & etiam ultimo supplicio.*

*Et ob combustionem horreorum Reis pœnam ignis esse infligendam, Scabini sapissime pronunciarunt, Consulibus & Senatui in Marienberg / M. Novembr. Anno 1583.*

*Quæstoris in Eauterstein / Mense Novembr. Anno 1583.*

*Quæstoris in Schwarzenberg / Mense Jun. Anno 1590.*

*Quæstoris Dippoldis Waldens. Mense Sept. Anno 1599.*

*Quæstoris Torgensi, M. April. An. 1599.*

*Quæstoris in Deringen / M. Junio, Anno 1608. Johan. VVilhelmo à Bernstein / Mens. Mart. Anno 1613.*

*Quæstoris Saltzens. M. Jul. An. 1614.*

*Præfecto in Croffen / Mense Septembr. Anno 1616.*

*Quæstoris Radebergensi, Mense Decembr. Anno 1616.*

*Quæstoris in Eügen / Mense Martio, Anno 1619.*

Quinimò, eum quoque, qui stabulum tantummodo incenderit, igne concremandum esse, nullus ambigo.

*Quemadmodum etiam Scabini responderunt Præfecto VVeissenfelsensi, Mense Febr. Anno 1613.*

*Item O. P. in F. Mense Martio, Anno 1627.*

Idemq; asserendum de illis, qui non ædificia, aliavè quæ sub ædificiorum appellatione continentur, sed frumentorum acervum, ligna, & ejusmodi res similes dolose comburunt.

*Quod & placuit Scabinis, dictantibus pœnam, ignis Reo cuidam, qui sylvas caduas inflammaverat. Ad consultationem I. B. à R. M. Novembr. Anno 1616.*

Tertiò:

26 *Veluti responderunt Scabini:* Hat jero be melder C. von W. beydes in scharffter Frage / damit er auff unser voriges Urtheil angegriffen worden / und auch hernach in guten bebandt und aufgesagt / das er nicht allein die vielfaltige Pferde und andere grosse Denben / desgleichen die Strassenraube und Mordthaten / so wohl auch die Kirchenbrechung und Veranbungen / so er unterschiedlichen namhaftig gemacht / mit seiner Gesellschaft begangen und begehren helffen; Sondern auch H. I. von E. sein Dorwerck vorn Schlosse zu Schweinsburg / und ein Dorff Schips bey Weyda mit schiessen angesteket &c. Do ihr euch nun allbereit erkundiget hettet / oder nochmals erkundigen würdet / das jero berührte beyde Brandschäden / oder dero einer allein gewis und in Warheit geschehen / und der gefangene würde auff seinem gethanen Belantniß vor Gericht freywillig verharren / oder dessonsten wie recht überwiesen. So möchte er von wegen solches begangenen und bekanten Brandschadens hinweg mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden. *D. N. W. Ad consultationem G. H. ab E. in S. M. Decembr. An. 1600.*

27 *Item:* Würde sich euer Better B. von B. zu obgemeldteneuch zugefügten Brandschaden bekennen / das er den ersten und dritten selbst gethan / und den andern seinem Knecht zu thun befohlen. So möchte er dero wegen mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden. *D. N. W. Ad consultationem A. von B. in G. Mens. Jan. Anno 1587.*

28 *Secundò:* Ampliatur hæc regulâ in Incendio quovis tam in civitate, quam extra civitatem, & in quovis loco commissio. *Daniel. Moller. libr. 4. semestr. 31. circa fin. Matth. Berlich. part. 4. concl. 24. n. 32. Andr. Rauchbar. part. 2. q. 10. n. 7. in fin.*

29 *Licet namque de Iure Civili severior sit pœna eorum, qui in Civitate incendium ponunt, quam incendientium in villa & extra civitatem; Iodoc. Dambouder. in prax. crimin. cap. 103. numer. quinto Bartol. in l. 1. de offic. Præfecti. Vigil. numer. 5. verb. si verò incendium est commissum &c. Angel. Aretin. in tractat. malefic. verb. incendiario numer. 2. sub fin. vers. nisi delinquentis persona. Mynsing. cent. 6. observat. 88. num. 8.* Quemadmodum etiam quendam Pasqualem Curtarellum, qui de incendio cujusdam tugurij convicius fuerit, ad tiremes tantum 2. Augusti, Anno 1599. per biennium fuisse condemnatum, refert *Jul. Clar. libr. 5. sentent. §. fin. quest. 68. n. 20. vers. si quis verò non ades. Prosper. Farin. in pract. crimin. part. 3. question. 110. num. 6. sub fin. vers. qui etiam ponit quod comburens &c.*

30 *Attamen, hodiè in Imperio Romano, imprimis autem in Electoratu Saxonie æqualis pœna est incendiariorum, sive hi in civitate, sive in villâ, aut pago incendium fecerint, ac deliquerint ob generalitatem textus in artic. 125. Ord. Crim. qui indifferenter pœnam ignis huic supplicio decernit, uti rectè animadvertit Autor. Consult. Constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quest. 57. & Dan. Moller. dict. libr. 4. semestr. 31. in fin.* Neq; in decernenda incendii pœna ad qualitatem loci aut domus combustæ respiciendum est, sed



38 Tertio: Extenditur hæc Regula, ad damnum quodvis per incendium illatum. Indifferenter enim Reus criminis Incendii igne & flammis concremari debet, siue ingens & magnum, siue modicum etiam damnum ex inflammatione provenierit. Id quod haud obscure evincitur ex verbis generalibus *Ordinat. Crimin. in artic. 125.* (die bößhafftigen überwundenen Brenner) Incendiarii verò dolosi dicuntur, qui incendunt, non habito respectu incendii, an hoc magnum, vel parvum fuerit.

39 Neque enim qualitas damni per combustionem dati, sed delicti atrocitas & incendiarii nequitia severitatem pœnæ exigit, accedente periculo incendii maioris, quod facillimè evenire potuisset, licet impediendo Deo non evenerit. Perindè, sicut pœnam Latrocinii incurrit, qui hominem occidit spolii seu lucri causâ, licet parum vel profus nihil ex Latrocinio lucretur, non minus ac ille, qui perpetrato homicidio prædam ingentem aufert, ut probatum *supra quæst. 2. nu. 39. & 47. ex artic. 13. lib. 2. Landrecht/ ubi gloss. in verb. Die etnen Mann &c.* Etenim in Latrocinio pariter ac incendio, non tam ad effectum lucri vel damni, quàm ad intentionè nefandam, ac detestabile factum Rei respiciendum est.

Absq; dubio igitur pœna ignis quoque Reo est infligenda, si per incendium parvum & minimum damnum illatum, & ignis eo ipso momento, dum urere ac ædes inflammare cepit, rursus fuerit extinctus.

40 Sicuti in facti hac specie responderunt Scabini Quæstori in Belzig! M. April. 1582.

Quæstori in Wückerberg! Mense August. Anno 1589

Quæstori Lutzen! M. Octobr. Ann. 1604.

41 Hocq; minus dubii habet in Electoratu Saxoniam ob *Const. 17. part. 4.* quæ eos quoque, qui animo nocendi, materiam igni concipiendo aptam alicubi deposuerunt, licet effectum res consecuta non sit, nec ignis urere cœperit, aut inflammata fuerit, flammis ultricibus vivos comburi iubet. *in verbis (welche Feuer angelegt/ wenn dasselbig nicht angangen wäre oder Schaden gethan hette.)* Quæ tamen verba non ita accipi debent, ut pœna ignis locum habeat, licet Reus materiam igni concipiendo aptam depositam nondum inflammaverit, quod nimis rigorosum esset, eoque casu absque dubio pœna fustigationis sufficiens. *Matth Coler. part. 1. decis. 186.* Sed hoc prædicta verba inuunt, sufficere scilicet ad pœnam ignis infligendam, si materia igni concipiendo apta in ædibus deposita, & inflammata quoq; fuerit, licet ipsæ ædes nondum ardere ceperint, Huncq; sensum probant verba subsequenter, (denn an der Wüßhändler Willen d'ß falsch nit gemangelt) quibus ratio huius sanctionis continetur, quod nempe quoad incendiarios crimen incendii perfectum sit, licet ignis ædes nondum inflammaverit, nec pereos stet, quò minus res ad effectum deducatur, quod certè hoc casu, quo materia deposita nondum accensa est igne, nequaquam asseri potest.

42 Sed hoc prædicta verba inuunt, sufficere scilicet ad pœnam ignis infligendam, si materia igni concipiendo apta in ædibus deposita, & inflammata quoq; fuerit, licet ipsæ ædes nondum ardere ceperint, Huncq; sensum probant verba subsequenter, (denn an der Wüßhändler Willen d'ß falsch nit gemangelt) quibus ratio huius sanctionis continetur, quod nempe quoad incendiarios crimen incendii perfectum sit, licet ignis ædes nondum inflammaverit, nec pereos stet, quò minus res ad effectum deducatur, quod certè hoc casu, quo materia deposita nondum accensa est igne, nequaquam asseri potest.

43 Sicque verba illa Constitutionis intelligere Scabinos, patet ex eorundem responso dato Quæsto-

ri in Hehenstein! Mense Febr. An. 1620 hisce formalibus: Do sichs nun in der Erkündigung befindè würde/dass solch Feuer materia dazumahl wie sie eingeworffen/ am Badstuben Boden an der Erden/ bey welchem alt Gefässe gelegen/ gewiß und in Warheit allbereit abgebrandt gewesen/ die Gefangene auch auff ihrem gethanen Betäntnß vor Gerichte freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde/ &c. So möchte sie wegen solcher ihrer begangenen und betanden Vorbrechung hinweggeden um mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden V. R. W.

Ex quo apparet, Dn. Scabinos pœnam ordinariam dicere noluisse nisi certò constaret, materiam igni aptam depositam, inflammatam fuisse, atq; ardere cepisse.

Exindè quoque hoc sequitur, in crimine Incendij Reum pœnam ignis ordinariam nequaquam effugere posse, licet damnum rescire velit, & ad restitutionem se offerat, Quilibet enim, quò vitam redimeret, facillimè jacturam bonorum pateretur, nec non paupertatem potius quam mortem eligeret, eoq; modo fraud adinventæ esset, Cui accedit, quòd neq; transactio aut remissio, delinquenti à parte læsa facta, vindictæ publicæ derogare, aut quicquam ei præiudicare possit. l. 2. C. res inter alios acta. *Gædd. ad l. 1. n. 13. de V. signif.*

Quemadmodum etiam hoc casu Scabinos respondisse reperio: Do nun angesogener Brand, schade euren anzeigen nach gewiß und in Warheit geschehen/ und der Gefangene auff seinem gethanen Betäntnß vor gericht freywillig verharren/ oder deß sonsten wie recht überwiesen würde So möchte er ungeachtet seines gethanen Erbierens sich mit N. N. um den zugefügten Schaden zuvertragen/ hinweggeden mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden V. R. W. Ad consultationem Quæstoria in Arnstein! M. Jan. Anno 1586.

Ex eadem pariter ratione concludendum, pœna quoque ordinaria ignis teneri eum, qui ædes suas proprias incendit, sibi que ipsi damnum infert. Tanta enim est hominum malitia, ut cum proprio etiam damno aliis nocere sepius cupiant, ædes suas inflammantes, eo fine, quò iisdem combustis, ignis vicinorum quoq; domus aripiat, easq; consumat. In hanc audaciam si quis prolapsus deliquerit, licet flamma mox extingatur, & non nisi incendiarii ædes comburatur, vicinis verò ædibus non noceat, nihilominus tamen Reus ignis supplicio affici debet, per eum enim nequaquam stetit, quò minus vicinæ ædes fuerint inflammatae juxta *Constit. Elector 17. part. 4.* sed Dei gratia & protectione conservatae fuere, quas Reus Incendii crimine ab ipso consummato, igne demoliri appetebat.

Quæ sententia etiam placuit Scabinis ita respondentibus Pr. factò judicij Erfjordenfis, Mense Jan. Anno 1588.

Item: Præfetto VVeisensfelsensi, M. April. Anno 1628.

Quartò: Quoad pœnam ignis infligendam nil interest, an quis ipsemet incenderit, an verò alium hoc facere iusserit, Uterq; enim mandans & mandatarius, conductor & locator, huic pœnæ haud immeritò subijcitur.

Quod certè in persona mandatarij & locatoris, qui mercede & pecunia accepta, operâ suam ad

44  
Q. 6. Ad  
Rem au-  
diendum  
damnum  
incendii  
datum re-  
sarcire ve-  
lit?

45

46  
Q. 7. Num  
ædes pro-  
prias in-  
flamman-  
tes igne pu-  
niendi sint?

47

48

49

ad

ad inflammandum locat, non multum dubii habet, cum in delictis ob mandatum nemo excusetur. *Bartol. in l. non solum. §. si mandato. ff. de injur. Tiber. Decian. in tractat. crimin. libro nono cap. 37. numer. primo.* nec turpis vel injustæ rei mandatum sit obligatorium, imò ne juramento confirmari queat; *l. 6. §. 3. & 7. l. 12. §. 11. l. 23. §. 6. ff. de mandat. cap. non est obligatorium. de reg. jur. in 6to. Jul. Clar. in pract. §. fin. quæstion. 89. numer. 1.*

50 Quinimò gravius delinquit, qui lucri causa & spe adipiscendæ pecuniolæ vel alterius rei tam horrendum crimen, quale profectò incendium est, perpetrare non veretur, ac is, qui odio & invidiâ agitatus peccat. Vnde & à quibusdam Incendiarii pecunia conducti vocantur *Werd Brenner*, qui vulgò iniquiores ac nequiores aliis reputantur. Nam & pecunia interveniens regulariter delictum aggravat. *Bartol. in l. non solum. §. si mandato. numer. 14. ff. de injur. Iodoc. Damhoudt. in pract. crimin. cap. 83. numer. 4. Prosser. Farin. part. 5 oper. crimin. quæst. 123. numer. 5. Jacob. Menoch. de arbit. judic. quæst. libr. 2. cap. 357. numer. 14. Brun. à Sol. in quæst. legal. quæst. 34. numer. 1. in fin.*

51 Nisi quis Incendarios ab aliis conductos veniam ex parte mereri existimet, ob textum manifestum in *Const. Elect. 17. in fin. part. 4.* quæ pœnam gladii in eos constituit, qui vel pecunia, vel alio modo ad tantum facinus committendum se conduci patiuntur. Verum, de hoc solummodo casu loquitur Constitutio Electoralis, si effectus non fuerit secutus, hoc est, si incendiarii ad inflammandum conducti, nec ignem posuerint, neque post initum contractum, & datam promissionem quicquam amplius fecerint. Si enim hi adimplendo promissionem nefandam, materiam igni concipiendo aptam & inflammam alicubi deponant, sive damnum exinde inferatur, & res effectum consequatur, sive non, quin ignis supplicio propterea affici debeant, nullus ambigo.

52 Ita responderunt Scabini Senatui Bitterfeldensi, *M. Oltobr. An. 1585.*  
Et *Johanni Wilhelmo à Bernstein/ M. Mart. Anno 1613.*

53 Nec mitiori pœnâ mandans & conductor affici debet, cum unum idemque ferè sit delictum mandatarii & mandantis, locatoris & conductoris, ex naturâ correlativorum, quorum uno posito, necessariò quoque ponitur alterum. *l. fin. ff. de acceptilat. Tiber. Decian. in tractat. criminal. libro nono. cap. 33. numer. 1. Bartol. in l. sed si unus, §. servus meus numero quinto. de injur. Cyn. in l. non ideo minus. C. de accusat.* Neque refert, an propriis manibus quis incendat, an ope alterius hoc faciat: Quod enim quis per alium facit, ipsemet facere censetur. *cap. qui facit. 72. de reg. jur. in 6to. l. à damnum. 169. ubi Decian. ff. de reg. jur. Salycet. in l. non ideo minus. C. de accusat. quæst. 6.*

54 Et certè, triplici modo delinquere videtur mandans, tum in seipsum, tum in mandatarium, & locatorem, quem corrumpit ut incendat, tum in eum cujus ædes comburantur. *gloss. in l. atheniensis. §. Pomponius in verb. in servitute. ff. de his qui*

*notant. infam. Gandin. in rubr. de transact. in ult. quæst. n. 26. Capoll. cons. 34. n. 48. Joseph. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 1012. n. 1.* Ut nullum super sit dubium, quin mandans hoc casu ob gravitatem ac multipliciter delicti, rigoroso ignis, supplicio affici debeat.

Quod & arbitrati fuere Scabini, dictantes pœnam ignis tribus Incendiariis, qui puerum ad incendendum grossis conduxerant, affectu incendiis subsecuto: *Gegen Sittichenbach. Ad requisitionem Quæstoris Mense Junio, Anno 1582.*

*In simili ferè casu indixerunt Scabini ignis supplicii Reo alicui I. W. ad cujus mandatum alius quidam C. P. sub spe adipiscendi unius thaleri sibi promissi, incendium commiserat. Gegen Zieser. Ad consultationem Joachimi Kohrs/ M. Januar. An. 1593.*

*Pariter responsum in casu non planè dissimili, Quæstoris Mense Febr. An. 1613.*

Nec remorari quempiam debet, quòd mandans propriis manibus nil operetur, neque delinquat. Sufficit enim, quòd ipsemet per alium, & sic alterius manibus incendat, & ædibus alienis inflammationem inferat, ipsumque damnum jussu causetur, sine quo mandatarius incendium non fuisset perpetraturus. Quin & in delictum & factum alterius expressè consentit, quod vel solum pœnam incendiarii ordinariam meretur. Quis enim negare ausus fuerit, contentientes & convenientes de perpetrando incendio omnes pœnâ ignis teneri, ut maximè etiam unus solum ex iis ignem deponat, & propositum in effectum deducat. Pariter, ut omnes in homicidium vel latrocinium consentientes pœnam incurrunt, licet non manus adhibeant, sed unus solum manu suâ homicidium vel latrocinium committat: Ut docet *Jul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 90. numer. 1. Gloss. in l. si in rixa. in fin. vers. nam si ex proposito, ubi etiam Bartol. numer. 1. & Hippol. de Marsil. numer. 3. ff. ad Leg. Corn. de sicar. Cyn. in l. quoniam multa. numer. 7. in fin. C. ad Leg. Jul. de vi publ. Felin. in cap. significasti numer. 10. extr. de homicid. Prosser. Farinac. part. 3 oper. crimin. quæstion. 179. numer. 72. Gandin. in tit. de homicid. numer. 12. in fin. Blanc. de indic. numer. 226. & segg.*

Quintò. Extenditur suprâ dicta Regula an incendiarios quoque eos, qui ab aliis offensi se ulcisci volentes incendunt. Nam & hi ignis supplicio afficiendi sunt, non minus ac ii, qui solo odio, invidiâ, & nocendi libidine agitati, per incendium aliis damnum inferunt, quod certè rarissimè fieri solet. Licet quandoque tanta sit hominum nequitia, ut ad occultandum furtum commissum ædes inflamment, eo sine, quo iidem combustis, res furto ablatas igne consumptas fuisse existimeretur. Hi sanè duplici modo peccant, & delictum delicto cumulant, atque ita ex justissimo judicio pœnam ignis incurrunt, nemine prorsus, nisi qui haud sanæ mentis videri velit, reclamante.

*Pronunciantibus ita Scabinis in eiusmodi facti specie, Indici & Scabinis in Remptin/ M. Novembr. An. 1610.*

V

Prefectio

*Præfeto VVeiffenfelfensi, Mense Februario, Anno 1613.*

*Quæstori in Belgicis / Mense Februario, Anno 1591.*

60 Neque enim incendii Reos relevare potest offensio antea facta; cum tantum facinus quale incendium est, inter modos defensionis legitimæ nequaquam referri possit, præsertim si offensio diu antecesserit, & temporis spacio fuerit extincta & sopita. Non enim vim illatam repellit qui ex intervallo & liberato delinquit, *arg. l. 45. ff. ad Leg. Aquil. Jacob. Cujac. ad tit. quod met. caus. Georg. Obrecht. in tractat. de necess. defens. cap. 11. num. 26.*

61 Cui non adversatur, quod aliquo modo sit ignoscendum ei, qui offensus & provocatus se ulcisci voluit. *l. 14. §. 1. 6. ff. de bon. libertor.* Et quod difficilimum sit iracundiæ calorem comprimere *l. 38. §. Imperator. 8. ff. ad Leg. Jul. de adult.* unde forsitan quis probabiliter concludere posset, incendiarii Reum, si non ab omni atamen ab ordinariâ ignis pœna, hoc casu immunem esse. *Etenim*, prædicta jura solum modò agunt de crimine homicidii, & in specie de occisore eo, qui ex iusto & inconsulto calore iracundiæ peccat, non etiam si quis longo temporis intervallo post offensionem præterlapso aggressorè occidat, qualis non tam ex inconsulto calore iracundiæ, quam animo perverso ulciscendi peccat, & merito homicidii pœnam incurrit, cum quo incendiarius comparari potest, quem in tanto & detestabili facinore nec offensio, nec calor iracundiæ excusare debet.

62 Quamvis enim, juxta vulgatam juris regulam, delictum ira commissum mitius puniri soleat. *l. 2. C. de abol. laus. facta. §. causa ff. de pœn. c. si quis iratus. ubi gloss. quaest. 3. cap. ira. 11. quaest. 3. Andr. Tiraguel. de pœn. temper. caus. 1. num. 1. Felin. in cap. sic ut num. 1. & 4. de jurejur. Decius in l. quis quid num. 7. §. ff. de reg. jur. Jason. in l. si filiam tuam num. 6. ver. tertio fallit. C. de inoff. testam. Jacob. Boulen. in repet. l. capitalium. §. famulos numer. 193. ff. de pœn. Petr. à Plach. in Epit. delict. libr. 1. cap. 2. num. 19. e. Egia. Boss. e homicid. num. 60. Jacob. Meno. b. de ar. utr. judic. quaest. libr. 2. cap. 319. num. 33. & de præscript. libr. 5. præsumpt. 3. num. 117. & lib. 1. quaest. 14. numer. 21. 22. & 36. eod. quod delinquens ira commotus non sit in plenitudine intellectus, *Fel. n. in cap. dilecti filii. numer. 12. & 13. in fin. de exception. Jul. Clar. in præct. §. fin. quaest. 60. vers. sed hic quero*, præsertim si magna sit ira, ita ut quis in totum à mente alienatus & suus non fuerit. *Pr. spec. Farinac. part. 3. oper. criminal. quaest. 91. numer. 40. Ludov. Carver. in præct. de homicid. §. 7. numer. 6. Andr. Gail. libr. 2. observat. 105. num. 12. & observat. 110. num. 35. vers. & necesse est.**

63 Artamen hæc regula tunc demum vera est, quando ira ex justa causa provenit, & delinquens in licitis versatur. Veluti, si quis ab alio percussus, calore iracundiæ commotus, defensionis modum excedendo eum occidat; hic sanè in licitis defensionis terminis versatur, & ira commotus, metam licitæ defensionis excedit, adeoque si non in totum, ex parte tamen & ab ordinariâ homicidii pœna excusatur. Quis au-

tem non animadvertit, incendiarium vel percussione, vel alio etiam modo provocatum, in re planè illicitâ versari, & nullam prorsus defensionem prætereundere posse, cum nec Incendium ceu crimen atrocissimum sit modus defensionis, nec offensionis ullo modo correspondeat,

Verissimum itaque est, Incendarios præter offensionem & iracundiæ à pœna ignis ordinariâ nequaquam liberari, maximè cum Sanctio Carolina in *art. 125.* generaliter loquatur, & ignis supplicium in quosvis incendiarii Reos indefinitè statuatur, absque ullo discrimine aut distinctione. Lege autem non distinguente nostrum non est distinguere. *l. de precio ff. de Public. in rem. act. l. 1. §. generaliter, 1. ff. de legat. præstand.*

*Eamque sententiam secuti sunt Scabini in pronunciando Beagen Pombfen / Ad requisitionem Actuarii Judicialis, Mense Januario, Anno 1605.*

*An Schöffer zu Voigtsberg / M. Januar. Anno 1605.*

*Ad consultatio: em Mauriti à Schönberg / M. Febr. Anno 1607.*

*Versus Zabeltin. Ad requisitionem Johannis Christophori à Kottenberg / Mense Febr. Anno 1607.*

*Ad consultationem M. Albini Bismans in Sachsendorff / M. Jun. Anno 1610.*

*Quæstoris Jura Hayn / Mense Augusto, Anno 1625.*

Cæterùm, cum hoc seculo nefando malitia ac perversitas hominum adeò accreverit, ut incendiarii nullâ prorsus ducti pœnitentiâ, crimen incendiarii atrocissimum sæpius reiterare, nec erubescant, nec severitate supplicii deterreantur, dubitari potest: *Annôn Judex hoc casu exasperatæ pœnam ignis exasperare queat, addito majoris aliquis reatus judicio, nempe ut Rei hujus criminis vel traha illegati ad locum supplicii rapiantur, vel ante executionem forcipibus ignis prehendantur & adurantur?*

Rationem dubitandi præbet. *Ordinat. Crimin. Carolin. in artic. 130 in fin.* Quæ licet de crimine Veneficii ac Latrocinii loquatur, haud absurdè tamen forsitan eam extendere licebit ad crimen incendiarii, ob identitatem rationis; æquè enim gravè, imò gravius delictum esse videtur Incendium, quam Veneficium, & Latrocinium, hisce namque duobus certis quibusdam personis; at illò, nempe incendiarii crimine toti universitati, pago vel oppido damnum infertur.

Idemque ferè in crimine Infanticidii dispositum est in *Constit. Elect. 3. §. Und wo ferne part. 4.* quæ Matrem, plures infantes occidentem præter pœnam Culei pro numero infantum necatorum, forcipibus candentibus dum ad supplicium ducitur, prehendi & aduri jubet. Quod si hoc verum est in crimine Infanticidii, quare non idem quoque obtinebit in crimine Incendii, quod delictum nec levius est, nec mitiori pœnâ coercetur. *J. doc. Damhouder. in prax. crimin. cap. 103. numer. 1. & seqq. Prosper. Farin.*

210. Nã propter reiterationem incendii pœna sit

ad

67

Farin. part. 3. oper. crimin. quæst. 120. num. 2. Reinhard. Rosa. ad Dan. Moller. in Const. Elector. 17. n. 2. part. 4.

70 Quibus accedit, quòd iudici iustâ ex causa pœnas ferè quasvis pro arbitrio exasperare & aggravare permissum sit. l. si severior. ubi gloss. & Dd. C. ex quib. caus. infam. irroget. Angel. Aretin. in tractat. malefic. verb. quas non solverit. Felin. in cap. inquisitio col. 5. de accusat. Iason. in l. omnes populi ff. de just. & jur. Hippol. de Marsil. sing. 182. & in l. 1. §. sed & si quis. col. 2. ff. ad Leg. Cornel. de fals. Andr. Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 9. numero vigesimo secundo.

71 Quæ licet verissima sint, attamen sua esse nollem. quòd iudex lenitate sepositâ, ob repetitionem criminis hujus ullo modo supplicium exasperet, atrocitatemque hujus pœnæ fat gravem plus aggravet, ut maximè etiam crimen incendii à Reo repetitum ac reiteratum fuerit. Nullibi enim quicquam de exasperatione hujus supplicii expressè constitutum reperitur, adeoq; nec remerè asseverandum, cap. is. qui in Ecclesia. 18. in fin. pr. extr. de sentent. excomm. in 6to. Iason. in l. lillam. 19. numer. 8. C. de Collat. Bald. in cap. nihil 4. 4. num. 25. vers. si quis quod in lege extr. de elect. & elect. potest Hartman. Pistor. quæst. n. 100. & quæst. 13. n. 35. lib. 2.

72 Neque enim criminis reiteratio efficere potest, ut Reus vel trahæ illigatus ad locum supplicii raptandus, vel ante executionem pœnæ ignitis forcipibus uftulandus sit: Aliàs enim adulter quoque ob reiterationem adulterii, & fur ob repetitionem multiplicis furti, candenti ferro lacerari deberet, quod quam falsum sit nemo non animadvertit. Bald. in l. quicumque 4. col. 2. C. de serv. fugit. Iason. in l. eum qui 30. §. in popularibus numer. 5. ff. de iniur. Nicol. Reusner. decis. 20. num. 13.

73 Equidem, me non latet artic. 13. Ordin. Criminal. Carol. & Const. Elector. 3. §. Vnd wo ferne / part. 4. quæque ibidem de crimine Veneficii, Latrocinii, & infanticidii disposita reperiantur, sed eadem si quis ad crimen Incendii extendere velit, meo iudicio haud parùm à vero aberrabit.

74 Quis enim ignarus regulæ vulgaris, quæ odiosa strictè accipi, neque ad casus verbis non expressos extendi, jubet. cap. statutum. 22. extr. de elect. in 6. Corneius consilio 114. col. 2. sub lit. H. vers. cum pœna sint restringenda &c. libro primo. Jacob. Menoch. de præsumpt. libro sexto. præsumption. 4. numero trigesimo tertio. Quis etiam non animadvertit, longè severius esse supplicium Ignis pœnâ Rotæ, qua Venefici & Latrones affici solent, ut non mirum sit, si hæc quandoque ob gravitatem criminis, & reiterationem delicti exasperetur, quod de crimine incendii ejusque pœna per se fat gravi & atroci vix tutò asseri potest.

75 Et licet reiteratio delicti regulariter graviorem requirat pœnam, ut Doctores ferè communiter docent. Salicet in l. servos. C. ad Leg. Jul. de vi publ. Bald. in l. 3. C. de Episcop. audient. Bartol. in l. sicut. §. fin. in fin. ff. de accusat. Prosper. Farin. in prax. criminal. libr. 1. tit. 3. quæstion. 23. num. 1. Hippol. de Marsil. sing. 378. numer. 3. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. numer. 60. in fin. Iul. Clar. in pract. §.

fin. quæstion. 21. vers. fama sola &c. Absque dubio tamen hoc verum est solummodò in delictis leviusculis, aut non capitalibus, in quibus Iudex tutò pœnam mitiorem ac leviozem exasperare potest, Prosper. Farinac. dict. quæstion. 23. numer. 5. aut si lex expressè exasperationem pœnæ in atrocissimis admittat, Aliàs sanè in delictis atrocioribus, & atrocissimis (inter quæ incendii quoque crimen referri debet secundum expressam Const. Elector. 17. vers. (Nach dem danti solche Wissethat. part. 4.) vix Iudici potestas hæc dabitur, ob lummum supplicii rigorem, quòd non gravius quid facile infligi jura permittunt.

76 Quin & in pœnalibus semper mitiorem sententiam capiendam, & consecrandam esse, vulgatum juris axioma docet, l. 4. §. 1. ubi gloss. in verb. Et verum est ff. de suspect. tutor. l. si præses. 32. in fin. l. interpretatione. 42. ff. de pœn. l. factum. cuique §. fin. ff. de reg. jur. Jacob. Menoch. libr. 5. præsumpt. fin. numero, secundo. in quod certè multum impingeret Iudex pœnam ignis exasperando, ita ut incendi Reus vel trahæ illigatus ad locum supplicii pertrahi, vel ante executionem pœnæ ferro candenti aduri deberet. Quod ne Iudex faciat, ut maximè etiam crimen hoc sæpius à Reo fuerit reiteratum, clementia suadet, quæ tam à jure quàm æquitate valdè commendatur.

Pronunciantibus sic etiam Scabinis in casu reiterati criminis incendi; Iudici Præfectura in Dico genrucl / M. Lun. Anno 1599.

Quæstori Misnensi, quum in incendio 5. persona simul perierant, ac combusta fuerant, M. Octobr. Anno 1600.

Quæstori in Voigtsberg / Mense April. Anno 1600.

Quæstori Pirnensi, M. Julio. Anno 1611.

Johanni Wilhelmo à Bernstein / M. Martio, Anno 1613.

Quæstori in Augustsburg / M. Mart. Anno 1415. in casu quo crimen incendii à Reo septies fuerat reiteratum.

Quæstori in Drossen / M. Julio, Anno 1621.

Quæstori in Freyburg / Mense Augusto, Anno 1627.

78 Hæc tamen non eò extendenda sunt, si una cum incendio alia quoque crimina commissa ac reiterata fuerint, ob quæ aliàs supplicium accumulari, & condemnatus trahæ illigatus ad supplicii locum pertrahi, aut forcipibus candentibus aduri debet, qualia sunt Latrocinium, Veneficium, ac parricidium. Quo casu, si nempe incendii Reus ejusmodi quoque crimina commiserit atq; reiteraverit, iudicem pœnam ignis exasperare posse, addito quodam augmento, ut nempe Reus trahæ impositus ad locum supplicii trahatur, vel etiam ferro candenti aduratur, facile concesserim.

79 Tum, quòd reiteratio Latrocinii, Veneficii & Parricidii talem pœnæ exasperationem & aggravationem promereatur, secundum dispositionem Ordinat. Criminal. Carol. in artic. 130. & 137. Const. Elector. 3. §. Vnd wo ferne part. 4. Quæ ob crimen incendii concurrens nequaquam remittenda est, ne scilicet plurium delictorum

delictorum cumulatio tribuat veniam, quam u-  
nius delicti, ut Latrocinii, vel Patricidii reiterati  
Reus non facile impetrare potest.

80 Tum, quod pluribus ac diversis delictis atro-  
cissimis concurrentibus, una & simplex pœna  
sufficere non videatur. l. fin. § id quoque C. de mod.  
mult. l. 3. § 1 ff. ad leg. Aquil. Et secundum com-  
munem juris regulam nunquam plura delicta  
concurrentia faciant, ut ullius detur impunitas,  
l. nunquam plura 2. in pr. ff. de privas. de iet. singu-  
lisque delictis singulæ pœnæ competere debe-  
ant. l. si servus. 27. ff. ad leg. Aquil. l. Neratius. 11. §.  
12. ff. de serv. corrupt. l. vulgaris. 21. in fin. pr. ff. de  
furt. l. si stuprum. 25. l. pater. 41. ff. de injur. l. 6. ff. ad  
leg. Cornel. de sicar. l. iul. Clar. in pract. criminal. §.  
fin. quæstion. 8. 1. vers. alius est casus in pr. Didac. co-  
varr. lib. 1. variar. resolut. cap. 10. num. 8. vers. secun-  
do & illud censeo.

81 Velut etiam in casu duplicis Latrocinii, nec non  
Incendii, Rapinae, & Adulterii comm. si pronun-  
ciarunt Scabini: So möchte C. E. E. von wege  
der begangenen vnd behandten zweyen Mordthaten/  
mit zweyen glühenden Zangengriffen gerissen/ vund

hernacher dess begangenen vnd behandten Brandschad-  
dens halber mit dem Feuer vom Leben zum Tode ge-  
strafft werden/ B. N. W. Ad requisitionem Quæstoru  
Salga/ M. April Anno 1603.

Sic quando incendii Reus I. K. fratrem suum occi-  
derat, eo sine, quo hereditatem & pecuniam i-  
psius lucraretur, existima verunt Scabini, pœnam  
ignis aliquo modo exasperandam esse responden-  
tes in hunc modum: So möchte er wegen solcher  
seiner Verbrechen zu der Fennstatt geschleiffet/ vnd  
folgendts mit dem Feuer vom Leben zum Tode ge-  
strafft vund hingerichtet/ auch durch das zuertandte  
Feuer gar zu Pulver gebrandt werden/ B. N. W. ad  
consultationem l. ab E. in L. Mens. Iunio, Anno  
1616.

Pariter pronunciarunt in casu quadruplici In-  
cendii, ac itidem Latrocinii quadruplici perre-  
trati. Gegen Zittaw bis in form. alibus: So möchte W.  
S. von wegen solcher grausamen Thaten vnd Wijs-  
handlungen anfänglichlichen zur Fennstatt geschleiffet/  
vnd folgendts als ein rechter Mordbrenner mit dem  
Feuer vom Leben zum Tode gerichtet vnd gestrafft  
werden B. N. W. Ad requisitionem Senatû,  
M. Iul. Anno 1624.

QUÆSTIO XXXIX.

Quibusnam in Casibus Pœna Incendii Ordinaria  
sit mitiganda?

SUMMARIA.

1. Pœna Incendii gravissima est.
2. Cui dedit causam Reorum malitia detestanda.
3. Penitentia Incendiariorum a pœna ignis liberat. nu-  
mer. 5. 6.
4. Dolus penitentia aliquo modo purgatur.
7. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 8.
9. Cessat præterea pœna ignis, si dolus a Reo abfuisse  
conjecturetur. n. 11.
10. Causa etiam injusta & bestialis delinquentem a  
dolo excusat.
12. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 13.
14. Incendiariorum minores mitius sunt puniendi. n.  
15. 16. 17.
85. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 19. 20. 21. 22.  
23. 24. 25. 26.
27. Cessat quoque pœna ignis in incendio culposo,  
num. 31.
28. Quodnam Incendium dicitur culpâ lata, levi,  
aut levissimâ perpetratum. n. 29. 30.
32. Pœna Incendii culposi est arbitraria. n. 33. 36.
34. Quando certa pœna legibus non est definita, ar-  
bitraria est animadvertio.
35. Pœna debet commensurari delicto.
37. Sententia Scabinorum Lipsensium n. 38.
39. Reus homicidii culposi, tenetur quoque ad re-  
stitutionem damnorum & interesse. nu-  
mer. 46.

40. Idemque vulgò Dd. asserunt in incendio dolofo-  
num 41.
42. Quid iuris in foro Saxonico. n. 43.
44. Intellectus Constit. Elector. 32. in fin. part. 4. nu-  
mer. 45.
47. Quod iure municipalis correctum non est, id sub  
iuris communis dispositione relinquatur.
48. Si Incendiariorum ex inopia damnum emenda-  
re non valeat, severiori pœna debet coer-  
ceri.
49. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 50.
51. An & quando paterfamilias teneatur de culpâ  
sua familia in casu incendii. n. 53. 54. 55.
52. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 56. 57.
58. Incendio in adibus exorto, an paterfamilias tene-  
atur probare, culpam suam, suorumque ab-  
fuisse.
59. Opinio Hallensium & Wittebergensium.
60. Referuntur Argumenta Rauchbari. n. 61.
62. Verior contraria Scabinorum Lipsensium opinio.  
n. 63.
64. Respondetur ad argumenta Rauchbari. num. 65.  
66. 67.
68. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 69. 70.
71. Instrumeto in Incendio perduto, an iuramentum  
Creditoris vel Debitoris sit admittendum.
72. Responsum Scabinorum Lipsensium.

Ignis pœnam in Reos incendii constitutam,  
longè gravissimam & atrocissimam esse, ne-  
mo certè ambigit, Iodoc. Dambouder. in prax.  
criminal. cap. 103. in pr. Prosper. Farinac. part. 3. o-  
per. criminal. quæst. 110. numero primo & secundo.

tantaque supplicii severitas ad compescendam  
incendiariorum malitiam depopulatricem hor-  
rendamque requiri, nec mitior aliqua pœ-  
na sufficere videbatur. cap. pessimam. 23. qua-  
stion. 8.

Dece-